cant istę scientię, ⁊ qꝛ talia primo fluūt sm nām a magni
tudine simplici q̄ a magnitudine, vt est in mā. sic enim
entia nālia ⁊ magnitudo nālis se hnt per additionē ad
magnitudinē mathematicā. vnde Cōmē. 3. cęli ⁊ mūdi.
B cō. 6. inquit in fine cōmen. q cā dimīsionis qualitati est
quātitas in eo q quātitas, ⁊ ita mathematicˀ dicit q ma
gnitudo recta est imp̄fecta, qa est aut finita, ⁊ sic recipit
additionē, vel infinita, ⁊ sic caret fine. Figura autē ⁊ ma
gnitudo rotūda est pfecta, qꝛ cōiungit finē suo pncipio.
Non tñ sm nālē considerationē oī finito pōt fieri addi
tio sm rem ipsam, qꝛ res nāles ex hoc sunt finitę qd hnt
formā ⁊ ab ea est terminatio. vnde vt bene notauit Cō
men. in hac ppōne naturalis non cōcordat cum geome
tra q cōtinuū est augmētabile in infinitū, qꝛ ire ad au
gmētū est ire ad formā a qua ē terminatio ⁊ finitudo.
Notabile. ❡ Nec videatˀ tibi mirum hoc, qꝛ multa verificantˀ sm
vnā ɔsiderationē in aliqua scia, quę tñ in alia scia q̄ pce
dit sm aliud genus abstractionis non verificantˀ de eo
dē. nam dū ens diuiditˀ sm dimīsionē demōstratiuā nō
incōuenit vt vna ⁊ eadeȝ res ingrediatˀ duas aut plures
artes, vt colligitˀ de mente Phi 2° phy. tex. cō. 18. ⁊ est ēt
snia Auer. in. 2. phy. in cō. 61. nālis dicit q motui circu
C lari nullus motus pōt esse ɔrīˀ, ⁊ tñ mathematici in mo
tibus circularibˀ imaginarijs factis super eisdeȝ polis ⁊
eodē axe sub oppositis modis ponant ɔrietatē, qꝛ se ipe
diūt: vt expsse dicit Cōmē. in p cęli ⁊ mundi, in com. 32.
ADDITIO * Silr dici pōt q rectū ⁊ rotundū sunt ɔria, vt. d. Arist.
p phy. 41. in figura, lȝ 3° cęli. 75. dicatˀ ɔrium, ⁊ lȝ Com.
dicat q illud est sm famā, ⁊ in p aspectu. ⁊ Them. d. q
illud est ad hoieȝ qꝛ Democritus talia pro ɔrijs accipie
bat. pōt tñ dici q illud est mathematice, lȝ physice, rotū
do nihil sit ɔrium. ❡ Silr mathematici imaginātur cor
pus sphericū motū super plano cōtangere illud in pun
cto, sed nālis negat contactū corpoꝝ fieri in puncto, vt
pȝ p de aīa. tex. cō. 13. ❡ Et silr logicˀ dicit quātitati non
esse ɔrietateȝ. Et tñ naturalis qui dicit motū esse de ɔrio
in ɔriū, ponit in pdicamēto quātitatis esse ɔrietatē, ⁊ ve
rū non cōtradicit vero. sed hoc est sm diuersas rōnes ⁊
abstractiones. ❡ Silr mathematici ısequētes imagina
tionē q̄ est fundamētū suaꝝ ppōnū inquiūt, q vbi datˀ
maius ⁊ minˀ ibi datˀ ęq̄le, ⁊ tñ h nālis dicit non hie ve
ritatē vlr, qa datˀ corpˀ in nā minus luna, ⁊ datˀ corpus
maiˀ, ⁊ tñ nō datˀ ęq̄le. Sic igitˀ in nāli non cuilibet finito
additio fieri pōt nālr loquēdo, nec qdlibet tale imperfe
ctū est. ❡ Ex his igitˀ mō intelligere potuisti qūo infini
D tas in duratione pfectioni attestatˀ ⁊ nō impfectioni, qꝛ
insequitˀ viȝ formę nō viȝ mātę, q̄lis erat ifinitas in magni
Dubium. tudine. ❡ Sȝ est difficultas de finitate ⁊ ifinitate vigoris,
an talia attestentˀ pfectioni aut ipfectiōi, ⁊ vtrū cuilibet
finito vt sic possit fieri additio, ⁊ an qdlibet tale sic fini
tū impfectū sit. Et pęsertiȝ h difficultatē hȝ in intelligē
Solutio. tijs apud Phm. ❡ Et ad h qnq; Auer. conatus est eās
aufugere difficultatē inuēdo in 8° phy. cō. 79. q in tali
bus nō est finitū nec infinitū. finitū enī ⁊ infinitū solū
de corporibus dici psūt. Ratio aūt est qꝛ pmo physi. tex.
Impugnatio cō. 15. rō finiti ⁊ infiniti soli quātitati cōgruit. ❡ Sȝ illa
solo est vna fuga. nam certū est in via Arist. q spēs en
tium sunt inequales in pfectione ⁊ vigore. nā sunt sicut
numeri: vt dicit ex mēte etiā Platonis in. 7. meta. tex. cō.
10. ⁊ sm ipsuȝ. 10. meta. tex. cō. 7. in oī genere est vnū pri
mū qd est metruȝ ⁊ mēsura oīum, quę sunt in illo gñe. ⁊
in 2° pmę phię. tex. cō. 4. vnūqdq; est maxime tale pp
qd alijs inest vniuocatio, silr indiuidua in eadem specie
sm Aristo. sunt ęqualis perfectionis. vnde 3° meta. tex.
cō. 11. in indiuiduis eiusdē specie nō est hoc prius ⁊ illō
E posterius. vnde nō negaret Arist. qn in abstractis sub
stātijs sit inequalitas in perfectione. ⁊ hoc testatˀ ēt Cō
men. 12. meta. cōmen. 44. ⁊ in 3° de aīa. cō. 19. ⁊ in libro
destructio destructionū dispu. 3ª in solone. 18. dub. Im
mo ēt ipse Auer. ab ipsa tādē veritate coactus mutauit
visionē ad illā obiectionē motā in. 8 phy. Et distinguit
finitatē ⁊ infinitateȝ in duratione a finitate ⁊ infinitate
vigoris, vt patet in 3° cap. de suba orbis. ⁊ in 2° cęli in cō
men. 71. expresse testatur in cōsimili dubio q quādo nō
fuerit facta talis distinctio, tunc accidit ista perplexio.
ADDITIO * Si qs aūt sustinendo illā solutionē Auer. in. 8. phy. c.
79. dicat illā esse ex mēte Phi in. 3. phy. t. c. 35. vbi arguit
ɔ antiquos. q nō pōt esse aliqua suba infinita separata
a sensibilibus, qꝛ finitū ⁊ infinitū sunt passiones nume
ri aut magnitudinis, dic q arguit ad hominē qꝛ antiqui
⁊ ipse, vt pȝ in illo tex. loquūtur de infinito, vt est iper
transibile. ❡ Cōcessa igitˀ ista distinctione quicqd asse
rant Phi de altero mēbro. vȝ. de infinito in vigore. dico
q entia finita in vigore q̄ sunt citra primū non psūt reci
pere additionē sm reȝ in ppria natura, qꝛ vnūqdq; ens
emanat a pmo pnˀ sm q est aptū natū emanare ⁊ nō ali
ter. vnde distātię entiū in hoc sunt valde diuersę. vt scri
bit Cōmē. in 2° cęli ⁊ mūdi. in cō. 63. ⁊ id talia sunt perfe
E cta in gñe, sed non sunt pfecta simplr, qꝛ pfectio simplr
nō cōpetit nisi Deo glorioso: sicut dicit Cōmē. 5° meta.
in ca. d pfecto. tale aūt est ens infinitū in vigore quicqd
in hoc senserint Phi nō nobis cure de hoc. ❡ Sic igitur
infinitū in duratiōe nō arguit imperfectionē: nec ppie
loquēdo dicitˀ ex priuatione finis qui est perfectio, sed
potius ex pūatione vltimi. vnde 2° phy. tex. cō. 23. veri
sorie apposuit dicere hūc finē: cuius quidē cā factus est.
vult enim nō oē vltimū esse finē, sed optimū, sed infini
tū in magnitudine dī ex pūatione finis qui est pfectio,
qꝛ tale insequitˀ potētialitatē mātę, ab illa enī pgreditˀ,
vt pȝ. 3. physi. tex. cō. 65. Infinitū ēt in vigore sm theolo
gos ⁊ veritatē nullaȝ potentialitatē insequitˀ, qꝛ est pro
prietas vel modus primę formę qui est deus sublimis.

❡ Grauissimum omnium qd est in medio. ppō. 26ª.


Ropositio ista est Phi in pmo metheoroꝛuȝ. terra enī est graue simplr, qꝛ residet sub omni corpe: vt pȝ. 4. cęli ⁊ mūdi. tex. cō. 26.
Intellectus ppositionis. ❡ Intelligitˀ inter corpora simplicia, sȝ fallit cōparando eaȝ ad corpora mixta,

G qr daẽ aliqđ mixtũ grauius ipsa terra vt plũbuꝫ. Glosa est Auer.in 3° cęli ꝛ mũdi.in cõ.9.vbi inquit, ꝙ simplicia non sunt eiuidẽ naturę ad inuicẽ, nec simplicia cũ cõpositis, sicut nec ipsa cõposita inuicẽ ꝯparata. nã quãtitas minor terrę, grauior est ꝛ plus ponderat aliqua maiori aquę, ꝛ aliqua pars minor plũbi, plus põderat maiori certa terrę, ꝛ aurũ plus põderat plũbo. ita ẽt scribit Auer.in suo tracta.de theriaca. Nam grauitas aquę est grauitas cõparatiua, sed grauitas terrę est grauitas absoluta. ℂ Et siľr grauitas plũbi est alterius nãę a grauitate terrę, qr illa est grauitas ꝯpositi, sed grauitas terrę est grauitas simplicis. plũbũ enĩ ex mixtione acqrit maiorẽ grauitatẽ q̃ sit in ipsa terra, qr hꝫ grauitatẽ terrę ꝛ aq̃. ℂ Vel ex mixtione multa resultãt, q̃ nõ sunt in miscibilibus. vñ theriaca hꝫ multas nobiles opationes q̃s non hñt simplicia.ex quibus cõponiẽ. Auer.ẽt in p̊ cantice. cõmẽ.13.inquit, ꝙ p̃mę qualitates aliter attribuunẽ elemẽtis, ꝛ aliter aialibus ꝛ tempori ꝛ loco. ℂ Sed dices si

Dubium. mixta mouenẽ ab elemẽto dominãte, ꝛ pp̄ ꝙ vnũqđq̃ tale ꝛ illud magis. vĩ igiẽ ꝙ ipsa elementa sunt maioris

H grauitatis q̃ mixta, ꝛ ita plũbũ nõ erit grauı° ipsa terra.

Solo pmo. ℂ Nisi esset ꝙ in mixto residẽte circa mediũ dominãtur quo ad molẽ terra ꝛ aqua: vt testaẽ Aristo. in.4.metheoroꝝ. ꝛ sic ex vtroq̃ fit vna cã totalis, ꝛ ita grauitas

Solo scda. terrę est minor illa quę ẽ in plũbo. ℂ Aut alr grauitas terrę ꝛ simpliciũ dĩ summa intẽsiue, ꝛ qr est p̊n^m grauitatis. In alijs tñ non plus semp grauitat terra cęteris paribus q̃ mixtum. vñ aqua est intensiue frigidior opio, tñ plus infrigidat opiũ q̃ aqua, ꝛ flãma est calidior intẽsiue ferro ignito, nõ tñ plus calefacit. Actio enim insegẽ multitudinẽ formę, q̃ ploris est in plori mã grauissimũ, ergo oiuꝫ est iter simplicia elemẽtũ terrę, qñ dũ est extra locũ suũ mouẽ ad cõcauũ aquę, non fm ꝙ est finis aquę, sed inquantũ est mediũ totius. naꝫ nisi ita esset sequereẽ ꝙ in quacũq̃ distantia esset aqua, terra moueretur ad aquã, sicut ferrũ ad magnetẽ, qđ tñ nõ videmus, vt scribit Cõmẽ.4.physi.cõ.42.Ratio aũt est, qr supficies concaua aquę nõ est locus formalis terrę absolute cõsiderata, sed vt cõcernit talẽ ꝛ tantã distantiã a cęlo ꝛ a polis mundi. vnde si aqua esset in loco in quo est aer, terra nõ posset locari sub cõcaua supficie eı°, nec partes terrę mouerenẽ ad totũ: vt dicit in siľi Aristo.in.4.cęli ꝛ mundi in tex.cõ.22.ꝙ si terra esset sub luna, partes nõ mouerenẽ ad totũ. nã si partes terrę mouerenẽ ad totã

I terrã nõ mouerenẽ ad totũ rõne q̃ totũ, sed rõne loci in quo totũ est locatũ nãľr. nã idẽ est locus cõseruatiuus totius ꝛ ptis. ℂ Et aduerte ꝙ Cõmẽ.4.cęli ꝛ mũdi.com. 22.dicit ꝙ Aristo.vocauit vltimã supficiem aquę, quę est locus terrę mediũ mũdi ꝛ concauũ lunę qđ est locus naturalis ignis appellauit illud vltimũ siue extremum. nam tex.habet extremũ ꝛ mediũ. vbi habes ꝙ concauũ aquę ꝛ medium mundi sunt idem subiecto, ꝛ non differunt nisi ratione. nam tale non locat terraꝫ rationeꝫ qua concauuꝫ, sed ratione qua est medium totius: ꝛ per hoc multas argutias euitabis de loco terrę.

ppō.27ª. ℂ Elementum est ex quo fit aliquid, vt in existente indiuisibile fm spẽm, in aliam spẽm.



Aduerte ꝙ ista descriptio poniẽ ab Arist.5.meta.t.cõ.4. ℂ Extat ẽt alia descriptio elemẽti posita ab eodeꝫ.7.meta.tex.com.vlt. vbi dĩ. elemẽtũ est in qđ diuidiẽ inexistẽs vt in materiaꝫ: vtputa syllabę, vt qđ. B.ꝛ.A. ℂ Extat ẽt alia descriptio elemẽti posita ab Arist.in 3° cęli in tex.com.31. vbi scribit. sit itaq̃ elementum, illud corpoꝝ in qđ alia corpora diuiduntur, qđ inest potentia aut actu. hoc enim vtro modo, adhuc ambiguuꝫ est. K

ℂ Aduerte igiẽ ꝙ vbi est multiplicitas, ibi est cõfusio apud intellectũ: vt scribit Phs in p̊ cęli ꝛ mundi.tex. cõ. 110. Scias igiẽ ꝙ elemẽta rerũ existentiũ in actu, quędã sunt in actu, ꝛ quędã sunt in potẽtia: vt scribit Cõmẽ.in 12.meta.com.20. illa elemẽta dicũtur in actu quę dissoluto cõposito remanẽt in actu, sicut dissoluto mixto dicũtur remanere quatuor corpora simplicia fm Auicẽ.ꝛ Auer. vnde mixtioni nõ opponiẽ corruptio, sꝫ dissolutio, vt dicit Cõmẽ.in.2.de genera.ꝛ corruptio. in cõmẽ. 48.mixtio enĩ nõ est gñatio, sꝫ est miscibiliũ alteratoruꝫ vnio, vt scribiẽ in fine primi de gñatione ꝛ corrup. Elemẽta aũt in po° dicuntur illa quę corrupto cõposito nõ remanẽt actu abinuicẽ separata, sed sic se habẽt sicut sunt elemẽta ex quib° cõponũtur corpora simplicia. vꝫ. prima mã ꝛ forma, qr in talibus forma corrũpiẽ ꝛ materia induit aliã formã, vnde Cõmẽ.in 3° cęli cõmẽ.31.inquit. qđ elemẽtũ ęquiuoce dĩ de elementis corpoꝝ simpliciũ q̃ nõ sunt corpora, vt prima materia ꝛ forma simplex, ꝛ de elemẽtis q̃ sunt corpora q̃ sunt elemẽta mixtorum corpoꝝ. ℂ Nota ẽt ꝙ vt scribit Cõmẽ.5.meta.cõmẽ.4.elm̃tũ, principiũ, ꝛ causa differũt, qr elemẽtũ solũ dĩ de causis intrinsecis ꝛ dignius dĩ de materia, p̊n^m aũt de causis extrinsecis, cã aũt est minoris ambitus q̃ principiũ: qr ois cã est prin^m, non aũt omne principiũ est cã, qa prin^m ẽt dĩ de priuatione quę est principiũ transmutationis, ꝛ ẽt diciẽ de quatuor causis, elemẽtũ autẽ. ideo fm Auer. digniori modo dĩ de materia, qa elementum diffiniẽ per esse id ex quo fit aliquid: famosior aũt ex significationibus est: vt testaẽ Cõmẽ.5.meta.cõ.29.est qñ dĩ de cã materiali: vnde etiã materia.2.phy.tex.com.31. isto mõ describiẽ. vꝫ. materia ẽ id ex quo fit aliqđ inexistente, ꝛ aduerte ꝙ materia prima, sicut est p̊ª in via cõpositionis, ita est vltima in via resolutionis, ideo definitio illa data.5.meta.tex.cõ.4. pręcipue verificaẽ de pria materia in via cõpositionis, qr est id ex quo fit aliquid vt in existente ꝛ cętera, sed qr in via resolutionis forma corrũpitur ꝛ mã remanet, tũc diffinitio elementi posita. 7.met.tex.com. vlti. quę dicit. elemẽtuꝫ est in qđ diuidiẽ in existẽs vt in materiã, nõ enim isto modo cõpositũ in via resolutionis diuidiẽ in formã, vt in principiũ in existẽs, qr in resolutione forma corrũpiẽ ꝛ mã remanet, sꝫ sub alia forma, vnde alio ꝛ alio mõ diffinitur elementũ fm qđ diuersimode apprehẽdiẽ ab intellectu vel in via resolutionis, vel in via cõpositionis sicut in simili due danẽ diffinitiones de ꝯtinuo, vna est illa quę daẽ in prędicamẽtis, ꝯtinuũ est cuius partes copulanẽ ad vnũ terminũ: ꝛ ista est cõsiderando ꝯtinuũ in via cõpositionis, ꝛ talis diffinitio est dialectica, qr daẽ per formã, vnitas enim cõtinui est quasi forma totius: nam.5.meta.tex.cõ. 19.substãtia cuiuslibet qđ semel, vt sex semel sex: vnitas enĩ attestatur formę, qr forma est esse vnũ esse. Alia autẽ diffinitio daẽ de cõtinuo in via resoľonis ꝛ datur per mãm, ꝛ ideo est nãlis qr p̊ de aĩa. tex. com.16. physicus diffinit per mãꝫ ꝛ dialecticus per formã, ꝛ poniẽ p̊ cęli ꝛ mũdi.tex.cõ.2.cõtinuũ est qđ est diuisibile in semper diuisibilia: nam talis diffinitio daẽ per partes quę. 2. phy. tex.cõ.31.reducunẽ ad mãꝫ. ꝛ Com.7.meta.cõ.33. inqt. prioritas partiũ ad totũ est prioritas materię ad formã. ℂ Tertia aũt diffinitio elemẽti est respectu elm̃torꝫ q̃ sunt corpora, ꝛ illa daẽ ab Aristo.3° cęli ꝛ mundi.tex.cõmẽ.31. vbi dĩ. sit itaq̃ elm̃tũ illud corpoꝝ in qđ alia corpora diuidunẽ, qđ inest po° aut actu. h̄ enĩ vtro modo, adhuc

Elementa in actu duplicia

L

Diffa est inter pn^m causas ꝛ elmtũ.

M

Due diffinitiones ꝯtinui.

A

Celũ põt dici elementum.

adhuc ambiguũ est. ¶ Et aduerte q̃ cęlum põt dici elementũ isto modo, q̃r ĩ non ingrediatur formaliter cõpositionẽ corporis mixti, tñ est de partibus quę sunt de integritate vniuersi: vnde Aristo. in p° tertij de cęlo ⁊ mũdo nuncupat ipsum primũ elñtũ, est enim p̃cipalissima pars quę est de integritate vniuersi. ¶ Et aduerte q̃ elementa quę sunt in mixto quãq; a Phis dicunt esse in potẽtia pro quãto non sunt in esse libero in p̃prijs locis, sꝫ sunt in esse ligato, vnde appetũt ire ad sua loca, vt patet 2° cęli ⁊ mũdi. tex. cõ. 37. vbi Com. scribit q̃ elñta p̃p ꝯrietatẽ quã hñt inuicẽ in mixto trãsmutant inuicẽ, ⁊ q̃a nõ sunt i suis locis appetũt separationẽ ⁊ reuerti ad sua loca.

Elñta dicunt esse in potentia in mixto.

¶ Et ex illo loco p3 error Thome de garbo in sũma sua ⁊ multoꝝ medicoꝝ asserẽtiũ q̃ si humidũ substantificũ ęque perfectũ reparari posset assidue qḋ tunc vita hoĩs posset perpetuari, peccat q̃dem, sicut vides rõ per fallaciam ꝯñtis, q̃r essent adhuc alię causę suę corruptionis: nam elemẽta sunt in mixto violẽter ⁊ appetitu nãli appetũt cõtinue seꝑationẽ ⁊ reuerti ad sua loca nãlia modo nullũ violẽtũ perpetuũ ex 2° cęli. tex. com. 18. ⁊ nullus appetitus nãlis est ociosus in natura: q̃r Deus ⁊ nã nihil frustra faciũt, ⁊ ideo sub illa rõne dicunt esse in po°, q̃r sunt ligata. Tum ẽt q̃r sunt refracta aut in q̃litatibus tñ: vt tenuit Auic. aut in q̃litatibus ⁊ substãtijs vt tenuit Cõmẽ. 3° cęli. cõ. 37. non tñ conuertitur ista, q̃ lꝫ oẽ elñtũ sit in po° in re, cuius est elñtũ q̃ oẽ qḋ est in potẽtia in aliquo sit elementũ illius: est enim locus ꝯñtis, q̃r vlis affirmatiua ex p̃mo prioꝝ non ꝯuertit in terminis sed in partẽ, est enim instãtia vltra hoc, nam fex est in potẽtia in oleo ⁊ vino, non tñ dicimus q̃ est elemẽtũ eoꝝ glosa est Auer. in 2° colliget ca. p̊.

Cõtra Tho. de Garbo in sua summa ⁊ multos medicos.

B

¶ Et aduerte ẽt q̃ talia elñta quę sunt in mixtis dicunt hr̃e figuras accidẽtaliter, sed corpora cęlestia habẽt figurã essentialiter: vt scribit Cõmẽ p̊ cęli cõ. 22. ⁊ reddit cãm q̃r esse elemẽtoꝝ est vicinũ p̃mę materię ⁊ est cã occulta sicut videt. ¶ Sꝫ aduerte q̃ semꝑ in his caducis potẽtialitates imperfectiones ⁊ defectus a mã trahunt originẽ, ⁊ q̃r ipsa de se est informis ⁊ infigurata, ideo cuꝫ p̃mę formę q̃ in mã recipiunt sint formę elñiales: vt testat Cõmẽ. in 3. cęli com. 67. ⁊ 12. meta. cõ. 11. ideo ꝯhunt istas imperfectiones qḋ sunt de se infigurata, ⁊ sunt p̃p potẽtialitatẽ acquisitã a p° mã p̃p vicinitatẽ in potẽtia ad oẽs figurã, ⁊ ideo nullã de se habẽt figurã, sed figurant ad figuras cõtinentis, vnde si acq̃rũt figurã rotũdaꝫ est: vt scribit Cõmẽ. in 2. cęli. com. 24. q̃r sunt in rotũdo, ⁊ q̃r vacuũ nõ est. Quia aũt cęlũ est: vt scribit Cõmẽ. in lib° de suba orbis. ca. 2. mã aĩalũ cęlestiũ ⁊ est ꝑfectior modoꝝ materię, q̃r in eo nõ est potẽtia ad esse, sed ad vbi tñ: ⁊ quia motus intelligẽtię est motus aię. vꝫ. circularis, ideo cęlũ sortitũ necessario est figurã sphericam ex necessitate finis: intelligentia enim est illa quę cõstituit ip̃m in dispositionibus necessarijs sicut est in corpore hoĩs facto p̃p finem.

C

Difficultas.

¶ Sed est difficultas cur si elemẽta de se nullã figuraꝫ hñt, tñ cõiter appellant corpora rectaꝝ dimẽsionũ ⁊ dicunt moueri motu recto, ⁊ vnde h̃ sit deriuatũ.

Solutio.

¶ Nisi esset q̃ Arist. p̊ cęli. tex. cõ. 5. per mathematicam rationẽ ostẽdit duos esse motus simplices, q̃r duę sunt figurę simplices ⁊ magnitudines simplices. vꝫ. recta ⁊ circularis, ⁊ q̃r prima figura ex simplicibus est circularis, ⁊ prima figura simplex debet primo corpori simplici: tale aũt cęluꝫ relinq̃tur qḋ alia figura recta debeat cęteris corporibus simplicibus: vnde Cõmẽ. in 2. cęli ⁊ mundi cõ. 22. declarans hoc inquit. p̃positio autẽ dicẽs q̃ p̊ma figura debet primo corpori est manifesta cũ posuimus qḋ prius sm̃ substantiã est prius, ⁊ dꝫ esse prius sm̃ accidentia essentialia p̃pria. s. accidentibus eius qḋ est posterius sicut est prius per substãtiã corporis, ⁊ cum posuimus q̃ figura est accidẽs qḋ sequit ad substantiã corporis: necesse est vt figura cęli sit p̃or alijs figuris, q̃m figura cęli non est in eo accidẽtaliter sicut in elementis in quibus intendebat receptio multarũ figurarũ cum esse elemẽtoꝝ sit propinquius ad esse materię q̃ ad esse formę, corpus autẽ cęleste ꝯ contrario, q̃m suum esse est vicinũ formis.

D

¶ Cognouerũt etiã naturales, hoc ex motu, nam mixta quę mouent ad motum elemẽti dñantis determinant sibi ad motũ rectum magis figurã rectam vt ignis flãma quę determinat sibi figuram pyramidalem, ⁊ quia mouẽtur a medio ⁊ ad medium qui sunt motus recti, moueri enim circa medium est motus corporis circularis. ¶ Et aduerte q̃ ẽ alia etiaꝫ diuersitas inter cęlũ ⁊ talia elemẽta, nam quanto elemẽta magis inuicem congregãtur seu ad maiorẽ spissitudinẽ reducũtur, tanto minus luminosa sunt ⁊ minoris actiuitatis, vñ terra est fex elemẽtorũ ⁊ est opaca ⁊ paruę actiuitatis, sꝫ in corporibus cęlestibus, secus est q̃r quanto ibi fuerit maior cõgregatio, tanto ibi est maior luminositas ⁊ maior actiuitas, vnde stella quę est densior pars sui orbis. 2. cęli. tex. cõmen. 41. ⁊ 2. cap̃. de substantia orbis magis lucet ⁊ magis actiua est, alias autẽ differentias require in libris de cęlo ⁊ mũdo. ⁊ in libro de substãtia orbis, nos enim multum a proposito diuertimus non sine cã, quia multos vidimus in his valde errare.

E

¶ Principia rerũ sensibilium sunt sensibilia. p̃põ. 38°.

PRopositio ista est Aristo. 3. cęli ⁊ mũdi. t. cõ. 61. ⁊ glosat per Auer. ibidẽ de principijs p̃pinquis, non autẽ hꝫ veritatẽ. vt inquit. p̃positio de p̃ncipijs remotis, q̃r principia remota rerũ sensibiliũ non sunt sensibilia vt prima forma ⁊ prima materia.

Glo. Auer.

¶ Quidã autẽ illũ locũ ꝑscrutantes dixerũt istã p̊mã formã eẽ formaꝫ corporeitatis de p̃dicamẽto substãtię q̃ est coęterna primę materię, ⁊ ista est p̊a de principijs gñationis in genere causę formalis.

Cõtra ponẽtes formã corporeitatis.

¶ Sꝫ ista opinio est purus error, naꝫ Auer. in p̊ physice auscultationis. cõ. 63. reprehẽdit Auicẽ. ponẽtẽ hõ corporeitatẽ subalẽ: sed expsse vult q̃ corporeitas coęterna mãę sit accidẽs, ⁊ in libro de suba orbis. vbi declarauit q̃ nã materię substantiat per posse; ita q̃ potẽtia est dña substãtialis materię vult q̃ prima forma quę in materia p̊mitus recipit est trina dimẽsio.

F

Euasio.

¶ Nec valet sicut aliqui dicunt q̃ Auicẽ. posuit illam tanq̃ specificã, ⁊ Cõmẽ. posuit eam tanq̃ genericã, ⁊ in hoc asserũt esse dñã inter Auic. ⁊ Auer. cũ hoc tñ sit purum mẽdaciũ, imo oppositũ reperit de mẽte Auic. in p̊ sue sufficientię. ⁊ in 2° sue meta. q̃r posuit illã esse formã ꝯfusam ⁊ gñalẽ, ⁊ Linconiẽsis ⁊ Alber. qui imitati sunt Auic. in h̃ isto mõ ponũt eã.

Impugnatio

¶ Pręterea. Argumẽta q̃ facit Auer. in p̊ ca. de suba orb. ęque bene p̃cedũt si ista forma ponat specifica esse, siue ponatur generica, immo maiora inconueniẽtia sunt si ponat generica sm̃ qḋ seq̃tur ex verbis ei° qḋ ostẽdit. inq̃t eniꝫ vñ putauit Auicẽ. q̃ dispõ triũ dimẽsionũ existẽtiũ in mã simplr̃. s. nõ terminataꝝ est dispõ dimẽsionũ terminataꝝ in ea, quapropter dixit necesse est primã formã existere in prima mã anteq̃ dimẽsiones existãt in ea. ¶ Ex quo accidũt ei impossibilia, quoꝝ vnũ est formã non diuidi ad diuisionẽ subiecti, quapp̃ nõ recipiet diuisionẽ ⁊ ipsaꝫ esse ęternã non diuisibilẽ per diuisionẽ sui subiecti, ⁊ ipsaꝫ non habere contrarium succedens sibi in eodem subiecto q̃ si

ita esset tunc materia nō reciperet aliam formam pręter
G istam sibi primā. Manifestū est autē ꝙ si forma ista sm̄
ipsum etiā recipit in materia prius natura q̄ trina dimē-
sio qō ipsa remanet indiuisibilis, qꝛ sm̄ ipsum extensio
quę est in formis est per subiectū extēsum merito dimē-
sionū. Maius aūt incōueniens est ponere aliquā formā
genericā substantialē esse indiuisibilē ꝛ ęternaꝫ ꝛ remo-
tam a ꝯrietate quā aliquaꝫ formā specificam testat̄ hoc
experimētum, qꝛ quanto aliqua forma est magis eleua-
ta a materia ꝛ magis elongata a potētialitate, tanto ma-
gis recedit a ꝯrietate ꝛ diuisibilitate, ꝛ accedit ad vnita-
tem ꝛ actualitatē, vnde formę elementales ꝓpter maxi-
mam propinquitatē ad materiā sunt imꝑfectissime, ꝛ sic
ascēdendo per ordinē ad mineralia ꝛ a mineralibus ad
plantas, ꝛ a plātis in aialib⁹ in quibus etiā sunt gradus,
nam aialia imꝑfecta ita se habēt ꝙ partes eorum decise
viuunt: habēt enim animā vnam in actu ꝛ plures in po
tētia, sicut in plantis, sicut testatur Aristo. in 2° de aia. in
tex. cōmē. 20. ꝛ vl'r ita est in his quę gręci zoofita appel
lant. i. ancipitis naturę inter plantas ꝛ animalia. Illa aūt
quę sunt perfecta hoc non patiūtur, quia partes illorū
decise non viuūt: vnde quidā ex magnis tenuerunt ani-
H mas animaliū perfectoꝝ esse indiuisibiles. Et ita pꝫ qō
longe incōuenientius est dicere dari aliquā formā sub-
stantialē generalē cōsistere in indiuisibili quā specialē,
ꝓpter genus magis assimilari materię ꝛ dr̄iaꝫ formę te-
ste Porphyrio in cap. de differētia. ¶ Amplius autem
magis incōueniens ꝓpter eandē causam aliquā formaꝫ
generalē esse remotā a ꝯrietate quā formā specificā: vn-
de forma ꝛ cōplexio humana sm̄ oēs sapientes est ma-
gis remota a ꝯrietate, ꝛ magis appropiquat naturę cęli
in quo nulla prorsus est ꝯtrarietas: vt testant̄ etiā medi-
ci, ꝛ Auicē. in prima Fen primi in doctrina p̄ma. cap. de
cōplexionibus. ꝛ Aristo. 2. de aia in trac. de olfatu, ꝛ est
in tex. cō. 94. ¶ Ampli⁹. quō naturalis resolueret vsqꝫ
ad primā materiā si hꝫ formā corporeitatis sibi coęter-
nam: nam nulla via pōt cognosci cōpositio ex materia
ꝛ forma, nisi per trāsmutationē substātialē: vt inquit Cō-
men. p̊ physi. cōmen. vlti. ꝛ p̊ physico. com̄. 51. inquit. alte
ratio ꝯriorū inuicē coegit omnes credere qō omnia cor
pora sunt ꝯposita non simplicia, ꝛ qō in eis sunt aliqua
plura vno ꝛ maxime prima corpora. s. quatuor elemen-
ta. In talibus autēꝫ sicut ipse testatur. 4. physi. com̄. 71. ꝛ
I 8. physi. com̄. 30. ꝛ 4. cęli. 22. non est nisi prima materia
ꝛ forma elemēti, ꝛ ideo non diuidūtur in partem per se
motam ꝛ mouentē, ꝛ ꝓpter hoc si in vacuo ponerentur
non possent moueri. ꝛ 12. meta. cōmē. 14. expresse hꝫ ꝙ
materia non hꝫ aliquā formam cōmunē: ꝛ ideo dicit qō
nō est genus. ꝛ dixit Alex. scripsisse demōstratiue mate
riā nō esse genus. ¶ Amplius aūt quō Aristo. solus vi
dit naturā p̄mę materię: ꝛ Plato fuit ꝓpinquus sed non
perfecte attingit, qꝛ non distinxit inter ipsaꝫ ꝛ priuatio-
nem: vt dicit̄ p̊ physi. tex. com̄. 79. Manifestū est enīꝫ ꝙ
antiqui posuerunt vnū ꝑncipiū corporale omniū, ꝛ mul
ti fuerunt qui illud non specificauerunt aliqua forma ꝛ
cōtrarietate, sed dixerunt illud esse separabile, quorum
opinionē expresse dānat Aristo. in p̄n⁹. 2. de generatio.
ꝛ corruptio. in tex. com̄. 2. ꝛ 3. vbi inquit. sed facientes q̄-
dēꝫ vnā materiā extra ꝑdicta, hanc aūt separabilē ꝛ cor
poream peccant: impossibile enim sine ꝯrietate esse cor-
pus hoc sensibile, aut enim leue, aut graue, aut calidum,
aut frigidū, necesse esse infinitū hoc qō quidā dicūt esse
ꝑncipiū: patet aūt qō pro tanto illud infinitū asserebāt:
vt bene notauit Egidius Roma. ibi quia posuerūt illud
non habere formaꝫ aliquam specialem sed generalem.

¶ Amplius error istius opinionis deprehenditur ex
his quę Aristo. docuit p̄mo de generatio. ꝛ corrup. vbi K
docuit generationē eē trāsmutationē totius in totū nul-
lo sensibili remanente vt subiecto: manifestū est autē si
materia informata corporeitate substantiali sibi coęter
na cum impossibile sit reperire corpus sine cōtrarietate
in mixtis generabilibus remaneret, igit̄ in corruptione
simpliciū aliqō sensibile subiectū: hoc autē falsuꝫ est, vt
inquit Arist. ꝛ etiā Cōmen. in 3° cęli com̄. 31. inquit, qō
in talibus forma corrūpitur ꝛ materia induit aliam for
mam ꝛ imorari cōtra istos amplius in hoc est suꝑfluuꝫ.
¶ Dicamus igit̄ ꝙ per primā formā Auer. non intel- Vera interpre-
lexit formaꝫ aliquā naturalē ꝛ a naturali considerabilē, tatio.
sed intellexit Deū gloriosum: naꝫ. 12. meta. cōmē. 5. ꝛ 6.
prima forma, primus motor, ꝛ primus finis, sunt idem
subiecto. sed differunt sm̄ modū ꝛ alias declaraui in cō
tradictionibus Auer. qualiter in vnoquoqꝫ genere cau-
sę est status, vt ꝓbatur in. 2. p̄mę ph̄ię, ꝛ est deuenire ad
p̄mū in quolibet genere, ꝛ dixi ꝙ lꝫ naturalis cōsiderat
oēs causas, non tn̄ ꝯsiderat oia p̄ma causaꝝ genere, sed
tn̄ duo. vꝫ. primā materiā ꝛ primū mouens. diuinus au
tem cōsiderat duo reliqua. vꝫ. primū finem ꝛ primā for-
mam: vnde 7° meta. inquit. cōmē. 5. assignando differen L
tiā inter inquisitionē quam facit naturalis de principijs
substantię sensibilis, ꝛ inter inquisitionē quā facit diui-
nus. Et ista qō differt ab illa quę est in scientia naturali,
quoniā ista qō inducit ad sciendū primā formā omniuꝫ
entiuꝫ ꝛ vltimū finē, ꝛ prima quęstio quā incepit in sciē
tia naturali inducit ad sciendū primā materiā ꝛ formas
naturales ꝛ primū motorē, vbi loquit̄ in plurali nume-
ro de formis ꝛ nō dicit ad primā formā. ¶ Et mirū est
de istis qui prędicant se esse doctiores Auer. ꝛ Aristo.
quō adhuc non habēt terminos in via istoruꝫ videant
quęso Aristo hoc aperta voce asserentē in fine primi li
bri de physica auscultatione. vbi sic scribit. de principio
quidē sm̄ speciē vtrum vnum aut plura, aut quot, aut q̄
sunt per certitudineꝫ primę ph̄ię opus est determinare:
ergo in illud tēpus apponatur. De physicis aūt ꝛ corru-
ptibilibus speciebus in posterius demōstrādis dicem⁹.
Nā qꝛ in p̊ physi. inuestigās principia generationis sen-
sibiliū substantiaꝝ iam determinauerat de prima mate
ria posset quispiā opinari qō ordo requirit vt de prima
forma pertractet, ꝛ ipse dicit istam considerationē perti
nere ad diuinū, sed naturalis solū habꝫ determinare de M
physicis ꝛ corruptibilib⁹ speciebus, ꝛ hoc erat qō dixit
Auer. in pręfata authoritate, ꝛ etiā in eodē p̄mo phy. cō
mē. 69. in calce cōmenti. inquit. qō entia habēt aliud p̄n-
cipiū a subiecto ꝛ est forma, sed primū principiū in hoc
genere non potuit sciri in hac scientia, sicut primū subie
ctū, vbi pꝫ ꝙ primū in genere causę formalis nō potest
sciri in scientia naturali, qō verū non esset si p̄ma forma
esset corporeitas substātialis: ꝛ ista est opinio eius in 3°
meta. in com̄. 3. ꝛ 12. meta. com̄. 5. ꝛ 6. ꝛ fuit opinio etiam
Alexandri vt scribit ibi Cōmēta. ¶ Sed hic est ardua Optima diffi-
difficultas ꝓp qd nālis sicut cōsiderat de prima mā, ita cultas.
ēt non ꝯsiderat de prima forma, ꝛ sicut cōsiderat de pri
mo motore, cur nō cōsiderat de primo fine. ¶ Et qō au
get difficultatē est, qꝛ si ista sunt eadē subiecto, ꝛ scientia
3° de aia. tex. cōmē. 38. secatur quēadmodū ꝛ res, conside
rās, igit̄ de primo mouēte videt̄ posse cōsiderare de pri
ma forma ꝛ de primo fine ꝛ ęcōtra. ꝛ tanto magis auget̄
difficultas, qꝛ tūc opinio Auic. stabit in suo robore dū
dixit primū Ph̄m posse demōstrare primū principium
esse, qꝛ dicet qō nō demōstrat ipsuꝫ esse inquantū est pri
mus motor, sed altiori modo. vꝫ. inquantū est p̄ma for-
ma ꝛ

ma ꝛ pmus finis: ꝛ ita ruunt rōnes Auer. ꝯtra ipsum pͦ phy.cō.vlti. ꝛ.12.meta.com.5. ꝛ a talibus dubijs (per vitam meā) nō nisi solers ingeniū euadere potest.

A Solutio, ¶ Ad pmū tn̄ vr̄ rndere Cōmē.in.7.pmę phię.cōmē.9. ꝛ inqt. » qd illa ex quibus peruenit ad cognitionē essentię rerum » ignorate sunt actiones earum ꝓprie, ꝛ actio materię est trāsmutatio, vult dicere ꝙ nālis hꝫ mediū ad deueniendum ad notitiā pmę materię, ꝛ tale medium est trāsmutatio substātialis. Non autē naturalis hꝫ mediū ad inuestigandū pmam formaꝫ omniū entium.

Replica, ¶ Sed replicabis sicut ex trāsmutatione cōi inuēta in generabilibꝰ naturalis demōstrat esse pmę materię, qa transmutatio est actio materię, vt ipse dicit: pariformiter ex operatione quę est actio formarū poterit naturalis demōstrare esse primę formę.

Solutio, ¶ Ad hoc ipse rndet ꝙ est ratio diuersitatis. Nam formę naturales non cōueniūt in vna actione ꝓpria, sicut generabilia cōueniunt in trāsmutatione ꝓpter naturā materię in eis inuentā. Naꝫ diuersaꝝ formarū diuersę sunt opationes, vnde pma materia participat a gn̄abilibus ꝛ corruptibilibus ꝛ est intrinseca ꝑ cōpositionis eoꝝ. Nō sic autē pma forma quę liberata

B est ab oī materia ꝛ ab omni potentia ꝛ cōpositione ꝛ cōponibilitate cū istis. Et iō ex opationibus formarū sensibiliū non potuit declarari pmā formaꝫ esse. Et subdit ꝙ illud qd fuit declaratū de illis: s.in nāli pħia fuit: qd actiones formaꝝ perueniūt ad actionē primę formę

Formę nāles dupl'r cōsiderari pñt, quę nō est in mā ꝛ est primus motor. ¶ Pro quo debes scire ꝙ formę nāles dupl'r cōsiderari pñt. vno mō vt naturales sunt. vꝫ. vt sunt termini motus, ꝛ vt sic ex actionibꝰ ipsaꝝ peruenit nālis ad cognitionē primę formę q̄ non est in mā sub rōne qua est pmus motor, nō sub rōne qua est pma forma: nam in.8.physi. ostēdit qd oēm motū nouū pcessit motus, ꝛ qd in mouētibꝰ ꝛ motis est deuenire ad vnū motū ex se sempiternuꝫ qd mouetur a motore qui nō est corpus nec virtus in corpore, ex B qd mouet sempiterno tpe: vt pꝫ tex. cō.78. ꝛ.79. ꝛ ita nālis ex cognitione formaꝝ ex suis actionibꝰ quę depēdent a pmo motu agnoscit primū motorē. ¶ Alio mō formę nāles pñt cōsiderari inquantū sunt subę: ꝛ isto mō cōsiderant in scia diuina: ꝛ ex ista ꝯsideratione diuinus ascēdit ad cognitionē pmę formę ꝛ pmi finis sicut dicit ibi.

Dubitatio ꝛ notabilis difficultas. ¶ Sed tūc est magna difficultas qūo ex ista ꝯsideratione cognoscit pͣ forma ꝛ primus finis: nā ipse non declarauit hoc nec aliqs alter expsse dicit aliqd de B.

Solutio. C ¶ Dicamus igit vt inqt Auer.in 3ͦ disputatione ꝯ Algaȥelē in libro destructio destructionū. in solone.18. dubij. qd est sensibiliū plures gradus hꝫ, quoꝝ vilior ē in mā: nobilior ꝟo illo est eē qd hñt i humano intellectu: ꝛ nobilior isto est eē qd hñt in separatis intelligētijs: deinde in dictis sepatis intelligētijs dictę formę gradus hñt adinuicē differētes, fm ꝙ differūt illę intelligētię adinuicē: ꝛ ꝑ ꝯñs nobilissimū esse qd hñt formę, est esse qd hñt in pͣ intelligentia q̄ est purissima forma liberata ab oī poͣ ꝛ impfectione, q̄ est forma formaꝝ. Et pma ꝛ cōis oium vt dicit Cōmē.12.meta.com.44.

Obiectio. ¶ Sed dices tūc fm istā declarationeꝫ pōt forma dici exēplar primę formę aut ideę eius existētis in intellectu pmę formę, ꝛ ita redit opinio ponētiū ideas in mente diuina, cū tn̄ declaratū sit in.12.pmę phię qd diuinus itellectus solū vnuꝫ intelligit. vꝫ. suaꝫ essentiā, vt pꝫ.12.meta.tex.cō.51.

Solutio, ¶ Ad B rndet ꝙ q̄libet forma inquantū est participatio pmę formę i certo ꝛ determinato gradu actualitatis ꝛ perfectionis, qꝛ spēs entiū sunt sicut numeri, pōt isto mō dici exēplar, nō aūt sicut ponētes ideas. Vnde lucidissimus

Themistius, Themi.in.2.physicę auscultationis sup expositione tex. 28. forma apud Arist. dī nōnunq̄ exēplar, non eo mō » quo hi qui ideas separatas posuere spēs quasdaꝫ nullo » māę inexu subsidētes, sed ꝑpea qꝛ diffinita pscripta quę » est eoꝝ oiuꝫ forma, q̄ a nā ꝓueniunt/hois/equi/bouis/fici/oleę/platani. Et hoc ēt asseuerat Cōmē.12.meta.cō.18. vbi dicit ꝙ hę sunt ideę quas cōminiscit Plato. Et ꝑp hoc antiqui ēt Peripatetici nūcupāt formā lumē seu radiū inquantū participatio est pmi luminis. sic igit intelligis mō qūo diuinus ex forma considerata vt suba ꝛ vt ens ascēdit ad cognitionē pmę formę, qꝛ talis forma nobilissimo mō ꝯtinet in pͣ forma, cuius ista est participatio ꝛ exēplar inquantū participat de perfectione primę, ꝓut est capax.

D

Qūo deuenimus in cognitione pmi finis, ¶ Sed qūo ascendit ad cognitioneꝫ pmi finis videamus. Debes scire ꝙ Deus sublimis est optimū oiuꝫ, ꝛ sic hꝫ rōnē finis, ꝛ mouet oia in rōne amati ꝛ desiderati, ꝛ oia entia hñt appetitū nālem in participando bonitatē pmi, fm qd pñt. Et qa appetitus nālis in entibus non pōt frustrari: quādoqdē Deus ꝛ natura nihil frustra faciūt. pͦ celi ꝛ mūdi.tex.cō.32. iō oia participant bonitatē fm qd pñt, intantū qd ēt pͣ mā appetendo formā sic participat de bonitate. vt dī pͦ phy.tex. cō.81. existēte quodam diuino ꝛ optimo: ista aūt est rō finis optimū esse. Nā.2.physi.tex.cō.31. Qd aūt est cuius cā potissimū est ꝛ finis alioꝝ voluit eē: bonū aūt est qd oī appetūt pͦ ethico. vñ.12.pmę phię tex. com.36. demōstrat qd mouet sicut appetibile ꝛ intelligibile, ꝛ ꝑ ꝯñs in ratione amati ꝛ desiderati, ꝛ ista est motio finis.

E ¶ Ex entibus igit ꝛ formis vt sunt subę ꝛ entia ꝑticipātia bonitatē ꝑ uenit intell's in scia diuina ad cognitionē sūmi boni qd nālr mouet oia vt amatū ꝛ desideratū: nā oē ens ꝑ participationē hꝫ reduci ad ens ꝑ essentiā.

Sūma dictorum, ¶ Sic igit colligēdo fragmēta ne pereāt, nālis bene inquātū nālis cognoscit pmā māꝫ, qꝛ hꝫ ꝓpriū mediū, ꝑ qd demonstratione signi pōt demōstrare ipsaꝫ esse: tale aūt est trāsmutatio subalis, qꝛ ista est actio ꝓpria māę vt subiecti sicut motus est actus mobilis.8.meta com.11. ¶ Silr pōt demōstrare pͫ motorē esse, qꝛ mediū ꝓpriū ad illud est motꝰ, ꝛ nullū aliud efficatiā hꝫ ad vere demōstrādū eē abstractoꝝ, vt inqt Cōmē.pͦ phy.cō.vlt. ꝛ.12.meta.com.5. vñ Auicē. peccauit peccato manifesto qui dixit pmū Phm demōstrare primū pnͫ esse, qꝛ certior illoꝝ sermonum non pertrāsit ordinē sermonum ꝓbabiliū: vt declarauit Cōmē.in dispu.4ͦ in libro destructionū. in solone gnti dubij. primā autē formā ꝛ primū finem nālis non cognoscit, qꝛ non hꝫ mediū ad illa, ꝛ diuinꝰ est qui de illis loquitur.

F ¶ Sed aiaduerte vt inquit Cōmē. 12.meta.in cō.5. ꝛ.6. ꝙ diuinus postq̄ accepit pro cōstāti a nāli abstractas subās esse, tunc declarat ꝙ mouēs ęternā subaꝫ est suba ꝛ est forma ꝛ finis: nā scia diuina est vltima via seu ordine doctrinę, lꝫ sit prima via naturę ꝛ ꝑfectionis. 6.meta.com.3. ꝛ.7.meta.com.29. Et qūo declaret iam vidisti modū quē pauci intelligūt. ¶ Et ita pꝫ solo ad obiectiones, qꝛ lꝫ pmus motor pͣ forma ꝛ pmus finis sunt eadē subo, sunt tn̄ tria in rōne, vt dicit Cōmē.12.meta. com.6. mō qn̄ ens diuidit fm diuisionē demōstratiuaꝫ nō incōuenit vt vna nā ingrediat diuersas artes, vt scribit ꝑ Auer.in 2ͦ phy.cō.71.

Intellus veraꝑpositionis Aristo. ¶ Propositio ēt Phi 3ͦ de aia.tex.cōmen.38. scientia secatur quēadmodū ꝛ res intelligit quo ad diuisionē quę fit ꝑ potentiā ꝛ actū, ꝛ ista est intentio Phi ibi vt intuenti patet, vnde illa ꝓpositio solet allegari extra ꝓpositū ex illo loco sicut in quā pluribus alijs euenit: dicit enim textus. secatur igitur scietia » ꝛ sensus in res quę quidē potentia est in ea q̄ sunt poten » tia, quę ꝟo actu in ea quę sunt actu. vnde Cōmen. ibi in cōmen. inquit res enim quarum differentię sunt eędem »

ipse sunt eędem in illo modo sm quē hñt easdē differē
G tias:intellectus igit̄ est intellectū,ꝛ sensus est sensatum:
bene autē volo ꝙ distincte scientię sunt de distinctis re-
bus formalr̄ cōsideratis,sed non de distinctis sm subie
ctū,qꝛ 2° phy.tex.cō.18.de eisdē negotiat̄ magnitudini-
bus nālis ꝛ mathematicus,sed tñ sm diuersas rationes
Obiectio. formales. ❡ Sed est replica,nam 2° phy si.tex.cōmē.26.
mā ꝛ forma dicunt̄ relatiue,ꝛ cōsiderās vnum correla-
tiuūȝ dȝ cōsiderare de reliquo,vt ibi dī:cum igitur ꝑma
materia dicat̄ correlatiue ad primā formā considerans
de prima materia dȝ considerare de prima forma: simi-
liter 2° cap.de suba orbis. finis significat agēa significa-
tione necessaria.igit̄ considerās de primo fine dȝ consi-
Solutio. derare de primo mouēte. ❡ Et ad hęc dici pōt ꝙ lȝ ma
teria ꝛ forma vt a nāli considerant̄ in relatione cōsistāt
quadā vt alīs demōstraui.non tñ sm esse primū relatiua
sunt:ꝛ ideo mā vt a naturali considerat̄ habet habitudi
nem ad formas naturales,ꝛ ideo naturalis cōsiderat pri
mam materiā ꝛ formas naturales,vt dicit Cōmē.in cō-
Replī.diffi-cilis. mē.9.7.meta.ꝛ Phs ꝑmo phy.ꝛ.vlt. ❡ Qḋ si replicetur
ꝙ prima materia etiā relatiue dicit̄ ad primā formā qḋ
extrahi potest,ex dictis Arist.ꝛ Cōmen.9.primę phię.
tex.cōmē.2.vbi diffinit potentiā actiuaȝ per passiuam,ꝛ
H ecōtra Auer.ibi in cōmen.2.inquit. in diffinitione enīȝ
omnis potentię passiue accipit̄ potētia primę materię:
ꝛ similr̄ in diffinitione omnis potētię actiuę accipit̄ dif
finitio actionis primę formę quę est diffinitio ꝑmę for-
mę quę est absoluta a materia.ꝛ ita adhuc sicut vides re
manet eadē difficultas,qꝛ prima materia non solū dici-
tur relatiue ad formas naturales:imo etiā dicit̄ relatiue
ad primā formā,ꝛ tunc rō Aristo.si valet in 2° phy si.ꝙ
cōsiderās de materia dȝ cōsiderare de forma qꝛ relatiue
materia dī ad formas nāles,pariformiter cū prima ma-
teria dicat̄ relatiue ad primā formā dȝ nālis cōsiderare
de prima forma,qꝛ cōsiderans vnū correlatiuoꝝ dȝ cō-
Solutio. siderare ꝛ reliquū. ❡ Dicimus nos ꝙ materia relatiue
dicit̄ ad formas naturales,ꝛ ēt ad primā formā vt bene
demonstrat ratio:tamē aduerte ꝙ alia est relatio primę
materię ad formas naturales sm rationē saltē,ꝛ alia ad
primā formā,qꝛ ꝑmus respectus est vt subiecti ꝛ vt po-
tētię ad actū.Scḋs aūt est respectus moti ad motorē. Et
ideo semper verū est ꝙ cōsiderans vnuȝ relatiuū dȝ cō
siderare ꝛ reliquū:verū est sub illa rōne qua sunt corre-
latiua:sic enim cōsiderans de sensu cōsiderat de oī sensi
I bili,ꝛ cōsiderans de intellectu cōsiderat de omni intelli
gibili: vt dicit Aristo.in ꝑncipio libri de partibus ani-
maliū.ꝑma igitur materia vt subiectuȝ ꝛ vt potentia re-
spicit formas nāles,ꝛ sic cōsiderat formas inquātū sunt
perfectiones ꝛ actus perficiētes materiā, vnde quęlibet
forma quantūcūqȝ perfecta describit̄ isto modo : vt di-
cit̄ esse actus suę materię:dicit̄ enim in diffinitione ani-
mę,ꝙ anima est actus corporis organici physici poten
tia vitā habētis,sed ꝑma materia vt potentia passiua re-
fertur ad primā formā vt est potētia actiua,ꝛ sic forma-
liter dī ꝑmus motor : ꝛ sic naturalis ēt cōsiderat vtrūqȝ
sicut diximus:vnde Cōmē.12.meta.cōmē.18.inqt. oēs
formę sunt in potētia in prima materia,ꝛ sunt in actu in
" ꝑmo motore,ꝛ ibidē cōmen.24.inquit.forma ꝑmi mo-
" uentis est quodāmodo oēs formę:materia igit̄ ꝑma vt
a nāli cōsiderat̄ dī relatiue ad formas nāles inquantuȝ
nāles sunt,ꝛ iō de vtrisqȝ cōsiderat:tñ vt a nāli conside-
rat̄ dī relatiue ad id qḋ est prima forma,nō tñ vt sic, sȝ
inquantū est ꝑmus motor ꝛ potētia actiua,qa lȝ ista sint
vna res numero,sunt tñ plura sm rōnes formales. Silr̄
patet qḋ finis vt terminat motum pertinet ad illum qui
ꝯsiderat agens per motū.sed finis vltimus cognoscitur
K altiori medio ꝙ̄ sit via motus,sicut diximꝰ. Et ita mihi
videt̄ in tanta difficultate dicere,ꝛ si alij melius possunt
dicere dent laudem ꝛ gloriam Deo.

❡ Oportet principia semper manere. ꝓpō.29ª.



Cribitur ista ꝓpositio in ꝑ phy
sice auscultationis. tex.
cō.50. Intelligit̄ tñ isto mō sic glosat eā
Cōmē. vȝ.ꝙ ꝑnª non debēt eē trāsmu- Glo.Auer.
tabilia ꝛ gnābilia ex alijs. Nam sicut pȝ
pōderanti ad hunc sensuȝ vadit intētio
Phi ibi:vult enīȝ ibi ostēdere qḋ ne dū ꝑncipia nō sunt
infinita,imo etiā qḋ nec quęcūqȝ ꝯria sunt ꝑncipia. Naȝ
ꝯrioꝝ quędā sunt ꝑma ꝛ quędā posteriora:quę autē po-
steriora sunt nō pñt esse ꝑncipia , qa facta sunt ex ꝑmis.
De rōne aūt ꝑncipioꝝ est qḋ semper permaneant : hoc
est dictu vt permaneāt in rōne ꝑmi:nam 5° meta.tex.cō.
ꝑmi. De ratione ꝑncipij est ꝑmū esse. ꝛ ꝑmo posterioꝝ
idem dico ꝑmū ꝛ ꝑncipiū:vnde loqtur ibi textus de al-
bo,ꝛ nigro,ꝛ dulci,ꝛ amaro,q̄ sunt extrema ꝯria ex qbꝰ
media generātur. Manifestū est autē ꝙ sicut seminat in
L pręmissis sic debet colligere in cōclusione:si igitur intē-
dit ꝓbare qḋ non omnia cōtraria sunt ꝑncipia,quia ꝑn-
cipia oportet manere,sed cōtraria posteriora non ꝑma-
nent,qa fiunt ex alijs,ideo non sunt ꝑncipia.Si per per-
manentiā Phs intellexisset permanentiā sempiternā sm
genus vel sm speciē:patet qḋ cōtraria etiam posteriora
illo modo semper permanent stante ęternitate mundi,
oportet igitur per permanētiaȝ , vt intelligat id qḋ dixi-
mus. ❡ Ex quo patet qḋ non ꝓpter istam authoritateȝ
oportet ponere aliquā formā coęternam in ꝑma mate-
ria,nec aliquaȝ ꝑuationē,sicut quidā conati sunt dicere.
Nam materia non hȝ aliquā formam nec aliquā priua-
tionē sibi ꝓpriam, sed est in potētia indifferenter se ha-
bēs ad quālibet formā ꝛ ad quālibet ꝑuationē:materia
enīȝ non est quid,nec quale,nec quantū,nec aliquid eo-
rum quibus ens est determinatū,sed vt inquit Cōmen.
ibidem.7.meta.tex.cōmen.8. materia est in potentia ad
omnia decem ꝑdicamenta ꝛ ad omnes priuationes eo-
rū ꝛ in sui substantia nullā habet,neqȝ formam,nec for
mę priuationē,sicut etiā superius ostēdimus ꝯtra fingē-
tes corpus de ꝑdicamento substantię coęternum in pri-
M ma materia. ❡ Et aduerte ꝙ vt dicit̄ ꝑmo phy si. prin-
cipia generationis sunt tria materia,forma,ꝛ priuatio,
ꝛ hoc intellige vniuersaliter respectu cuiuslibet genera-
tionis, siue sit generatio simpliciter quēadmoduȝ est in
substātijs , siue sit generatio sm quid,sicut est generatio
in accidētibus.Nam Aristo.ibi tex.cōmē.57. proponit
se inuestigaturū ꝑncipia generationis in cōmuni vbi lu
cidissimus Themistius ꝛ Auer. in cōmento exponunt
per generationē in cōmuni tam illaȝ quę est in substan-
tia ꝙ̄ illā quę est in accidētibus:ꝛ aduerte ꝙ est differen
tia magna inter causas gñationis,ꝛ inter principia gene
rationis.Naȝ causę reales generationis sunt duę tm̄.vȝ. Dīa inter causas ꝛ ꝑnª generationis.
materia,ꝛ agens seu motor. Sed ꝑncipia gñationis sunt
tria materia,forma,ꝛ priuatio,in plus enim est ꝑncipiū
ꝙ̄ causa: vt dicitur.5.meta.tex.cōmē.ꝑ.Naȝ omnis causa
ꝑncipiuȝ,non omne autē ꝑncipiuȝ causa.Nam priuatio
principiuȝ est , sed nō causa. ❡ Vnde scire debes ꝙ for
ma etiā dicit̄ generationis ꝑncipiū ꝓprie loquendo,nō
tamē causa vt ostendā ꝑmū ꝓbatur,qa generatio vt est
qdā motus seu mutatio requirit terminos duos opposi
tos,ꝛ reqrit subiectū,qa trāsmutatio est actus transmu-
tabilis inquantū trāsmutabile:tale autē materia est,ter-
mini

mini aũt sunt priuatio ꝛ forma, q̄a generatio est trãsmu
tatio de nõ esse ad esse: pro quanto igĩ generatio in sui
A intellectu ex istis tribus intrinsece ꝯponitur sicut ꝛ mo
tus, qui teste Auer. 5° phy. cõmẽ. 3. ex istis tribus in sua
substãtia cõponiĩ. vz. subiecto ꝛ termino a quo, ꝛ termi
no ad quẽ, nõ loquẽdo de causis extrinsecis, sicut ẽ mo
tor ꝛ tps. sic forma erit gñationis principiũ. ℂ Scdm di
ctũ ostẽditur φ forma non est generationis cã, qꝛ cã est
ad cuius esse sequiĩ aliud, modo ad esse formę in mate
ria cessat generatio. p̊mo eniꝫ de gñatione ꝛ corrup. tex.
com. 55. habitibus p̄ntibus in materia nondũ generatur
aliqd sed iaꝫ est. ℂ Et hoc confirmaĩ pulchra authori
tate Phi ꝛ Cõmẽta. in 2° de genera. ꝛ corrup. in tex. cõ
mẽ. 52. qd dicentes cãm generationis materialẽ rectius
dicũt, cum dant cãm transmutationis inquantũ est trãs
mutationis principiũ. Alij aũt non dant principiũ con
ueniẽs trãsmutationis. Forma enim cum inueniĩ quie
scit trãsmutatio, quõ igiĩ pôt esse causa trãsmutationis,
vnde in esse reali istę due sunt vere causę gñationis. vz.
materia ꝛ motor vt potes colligere ex 2° phy. tex. com.
72. ꝛ p̊mo de generatio. tex. com. 14. vnde. 8. physi. sup
hoc fundamẽto Aristo. ꝛ Cõmẽ. arguunt φ si mobile
semper fuit ꝛ motor semper fuit: quare igiĩ motus non
B fuit semper: patet autẽ φ si alia causa esset realiter neces
saria ad causandũ motum quã mobile ꝛ motor, qd tunc
argumentũ eoꝝ procederet ab insufficienti. Forma aũt
ꝛ finis non sunt causę reales respectu gñationis loquen
do de fine generationis nisi metaphorice, vt fateĩ Ari
sto. in p̊mo de genera. ꝛ corrup. tex. com. 55. sic igiĩ intel
ligis quõ principia cuiuslibet generationis opꝫ semper
permanere. Et quõ p̊ncipia cuiuslibet generationis sũt
tria/materia/forma/ꝛ priuatio, qꝛ in intellectu cuiuslibꝫ
gñationis cadunt termini ꝛ subiectum, ꝛ cum hoc causę
reales cuiuslibet generationis sunt materia ꝛ agens seu
motor: ꝛ ita volo intelligi dicta mea quantũ ad hoc, sup
his quę dixi dum essem iunior in concordantijs Auer.
in p̊mo de generatione ꝛ corrup. super cõmen. 14. ꝛ in
2° de generatione in cõmẽ. 52. vbi occulte tetigi istaꝫ so
lutionẽ vbi dixi, quicquid sit de principijs generationis
in esse rõnis: duę tamẽ sunt causę in esse reali. nunc autẽ
declarando mentẽ meaꝫ, dico secus est de principijs ge
nerationis loqui, secus de causis. p̊ncipia tria sunt. cau
C sę vero duę qꝛ sumo causaꝫ ad cuius esse sequiĩ aliud, nõ
autẽ sumo causam metaphorice causantẽ. Pro hoc vide
tex. cõ. 24. 12. meta. ℂ Et aduerte ẽt φ proposita ppositio
q̄ dicit qd principia opꝫ manere, qꝛ nõ fiunt ex alijs
nec ex alterutris ꝛ quęcũq; fiunt/fiũt ex eis, vt diciĩ pri
mo physi. tex. cõmẽ. 42. intelligiĩ in genere causę mate
rialis ꝛ intrinsece: ꝛ per hoc tolluĩ instantia de intelligẽ
tijs quę sunt principia extrinseca ꝛ remota sicut diximꝰ
respectu sensibiliũ generabiliũ ꝛ corruptibiliũ: p̊ncipia
aũt quę inuestigãtur de generatione in cõi rerũ natura
liũ in physicis sunt principia intrinseca existentia in re:
vt pꝫ p̊mo phy. tex. cõ. 6. ꝛ. 7. ꝛ. 57. intelligentię autẽ sunt
principia entiũ sensibiliũ non inquantũ sensibilia sunt,
sed inquantũ entia ꝛ inquantũ substãtię sunt in gñe cau
sę efficientis ꝛ finalis. vt dicit Cõmen. 12. meta. com. 36.
ꝛ etiã formalis quoquo mõ sicut rex diciĩ forma serui.
Dubium. 12. meta. cõmen. 37. ℂ Sed dices tunc igitur forma nõ
esset principiũ, q̄a fit ex mã, ꝛ de rõne principioꝝ est qd
Solutio. non fiant ex alterutris. ℂ Rñdeĩ negãdo assumptũ, qꝛ
forma non fit, sed cõpositũ ex mã ꝛ forma per se fit, vt
diciĩ. 7. meta. tex. cõ. 26. ꝛ Cõmẽta. ibi dicit notabiliter in
cõmẽ. agens nõ facit in alio aliud, sed ex alio aliud: non
enim facit in mã formã, sed facit ex materia formatuꝫ. ꝛ

12. meta. com. 18. inqt. Imaginatio super creationes for D
marum fecit existimare ideas esse ꝛ datorẽ formarum.
ꝛ. 7. meta. com. 31. consimilẽ sententiã habet, vnde Ari
sto. in hoc p̊cipue aduersatur Platoni qd non fit per se
forma nec materia sed sinolon. i. simul totum. i. compo
situ, actus eniꝫ ꝛ generationes sunt suppositorum.

ℂ Eadem sunt principia omnium prędica mentorum. pp̃o. 30°.

PRopositio ista scribiĩ. 12. p̊mę phię vbi fuit longe
ventilata a tex. cõ. 19. vsq; ad tex. cõ. 27.
ℂ Et tandẽ intelligiĩ φ sunt eadẽ ꝓpor Intellectus ppõnis.
tione, in oi eniꝫ p̊dicamento est aliquid
simile materię, ꝛ aliquid simile formę, ꝛ
aliquid simile priuationi. ℂ Silr etiã veritatẽ hꝫ de pn
cipijs remotis fallit de proximis: glosa est Auer. ibidẽ
com. 22. Naꝫ p̊ncipia proxima vniuscuiusq; p̊dicamẽti
sunt diuersa a principijs ꝓximis alterius, nã teste The
mistio. coordinationes decẽ prędicamẽtoꝝ sunt imper
mixte: sunt enim vt inquit Porphyrius decẽ genera ge Cap. de spẽ.
neralissima tanq̃ decẽ rerũ prima principia, tñ p̊ncipia
remota omniũ sunt eadẽ, qꝛ p̊ncipia substãtię sunt prin
cipia omniũ alioꝝ: vt dicit ẽt Cõmen. in p̊ physi. cõ. 36. E
ℂ Aduerte tñ φ si quęraĩ in quo genere causę p̊ncipia
substãtię sunt causę principioꝝ alioꝝ p̊dicamentoꝝ: di
cendũ puto in genere causę materialis: substantia enim
vt dicit Cõmẽ. 4. meta. com. 2. est cã accidentiũ nõ fm
agens neq; fm finẽ, sed qꝛ est subiectũ eoꝝ ꝛ cõstituunĩ
per illã: ꝛ hoc vĩ velle ẽt Phs p̊mo physi. tex. cõ. 80. vbi
inqt. qd subiecta quidẽ materia cũ forma cã est omniuꝫ
eoꝝ quę fiunt sicut mater: patet aũt φ vlr loquiĩ de om
nibus gñans: mater autẽ cõcurrit tanq̃ mã in gñatione
prolis: vt est snĩa Phi in libro de gñatione aialiuꝫ p̊mo:
vñ mã ꝛ forma appellanĩ p̊ncipia mãlia generatoꝝ, qꝛ
sunt in existẽtia generatis, vnde ꝓprie elemẽta dicunĩ: ele
mentũ enim ꝓprie dĩ de causis intrinsecis existẽtibꝰ in
re: vt dicit Cõmẽ. p̊ physi. com. p̊. lꝫ ab antiquis minus
vsitate loquentibus dicanĩ principia, sicut testaĩ Phs p̊
physi. tex. com. 48. inquit eniꝫ. oẽs enim elemẽta ꝛ ab ip
sis vocata p̊ncipia ꝛ quãuis sine rõne ponẽtes, tñ cõtra
ria dicunt tanq̃ ab ipsa veritate coacti. ꝛ ibidem tex. cõ.
57. epilogans inquit. ex prędictis patere elemẽta nõ esse
vnuꝫ, vbi Cõmẽ. per elñta exponit principia existentia F
in re, ꝛ idem dicit primo physi. com. 6. ꝛ. 7.

ℂ Color/ꝛ sapor/ꝛ odor sunt passiones mixti corporis. pp̃o. 31°.

VUlgata satis est ꝓpositio. Tñ sic
intelligiĩ φ tales qualita
tes scdm cũ causenĩ ex actione primarũ
sunt ꝓpriũ mixti qꝛ cõpetũt soli mixto,
sicut hoi esse medicum, nõ tñ oi mixto
hęc insunt, sunt nãq; mixta q̄ colore ca
rẽt ꝛ sunt mixta q̄ carẽt sapore ꝛ q̄ odore. Nã organũ vi
sus q̊cũq; ponaĩ eẽ/vel pupilla/vel humor crystallinꝰ,
vel nerui obtici colore caret, opꝫ eniꝫ organũ visus ab
scolor esse: vt pꝫ. 2. de aia. tex. com. 71. Et ibi dĩ φ susce
ptiuũ oiuꝫ coloꝝ dꝫ esse abscolor, ꝛ receptiuum soni dꝫ
esse absonũ: ꝛ ibidẽ cõmẽ. 118. inquit Cõmẽ. ꝛ intelligo
φ sensus tactus impoĩe est vt careat simplr calido/ꝛ fri
gido, ꝛ sicco/ꝛ humido: sicut fuit in visu colore, ꝛ in au
ditu carere sono: ꝛ ideo isti sensus cõprehẽdũt sua sensi
bilia fm totũ: sensus aũt tacꝰ solũ extrema cõprehẽdit,
ꝛ idẽ dicit in cõmẽ. sequenti ibidẽ. ꝛ in 3° de aia com. 66.
I sit quid melius hn̄s notitiā de futuris in quibus vult ta
les hoies dirigere,⁊ ꝓpterea tales istinctus causat in eis
ꝯsequētia satis est euidens.nā ⁊ hꝫ ens cognoscens futu
ra est deus ⁊ hȝ ꝓpositū.nā sequit ex hoc ꝙ ipse cogno
scat alia a se,aut est aliqd infra deū,⁊ tunc per locū a mi
nori sequit ꝙ talem notitiā de⁹ maxime habeat cū ipse
sit maxime nobilitatis.❡ Et cōfirmat ista ꝯñtia ex in
tentione aduersarioꝝ.nā Auer.hꝫ reuelationes ꝓpter
sui nobilitatē dicit esse comꝑhēsiones diuinas q̄ nō ap
prehēdunt per acqsitiones hoia vt supra allegatum est.
❡ Iteȝ infra ait,ꝙ iste modus dationis cognitionis rei
futurę est valde nobilis ⁊ attribuit ꝑn⁹ nobiliori volū
tatis,imo est a re diuina ⁊ est ex perfecta sollicitudie er
ga hoieȝ,si ergo talia nosse est perfectionis,⁊ ex h attri
buit ꝑncipio nobiliori hoia.ꝯñs est ꝙ deus q est nobi
lissimus oīum hꝫ perfectiōe nō careat.vn̄ Aui.vbi su
pra de hac mā tractans q̄si ꝑncipiuȝ assumit ꝙ oia q̄ in
mūdo sunt pñtia ꝑterita ⁊ futura habēt esse in sapientia
creatoris.Itē Phs vbi supra illos instinctus bn̄ fortuna
toꝝ reducit in ꝑnm supra rōnem hoīs qd est meli⁹ ⁊ no
bilius ea,⁊ expꝛsse dicit tale ꝑnm esse deuȝ qui videt futu

ruȝ ⁊ pñs,quoꝝ ratio perijt.i.pręterita,quoꝝ notitia pe
rijt a memoria hoium.vnde rō ista non dȝ cuiq̄ faci K
lis videri,qm ꝓpter ipsam Phus coactus est in ꝑncipali
q̄ne quę in hoc ingritur sibi ꝯdicere vt ex dictis est eui
dēs ꝓpter istā mihi apparet ꝙ qlibet volens nālem rō
nem sequi in authoritate exclusa cogit ponere deū hīe
notitiā oīum alioꝝ,hęc ille.❡ Ad istud argⁿ pȝ ex iaȝ Solutio.
dictis solutio.nā vt late disputat Auer.in cō.super lib⁹
de somno ⁊ vigilia in illa ꝑte vbi Arist.agit de diuina
tione quę est ſm quietē,vult tādem qd sint ab intelligen
tia,tñ exeunt ab illa sub ratiōe cōi ⁊ vli,⁊ anima imagi
natiua recipit illā cognitionē singulariter ⁊ signate,sic
eni oēs effectus sunt a causis obstractis ꝓcedētes ⁊ mā
recipit illos signate ⁊ cū hic ⁊ nunc,⁊ dat exēplū dicēs,
⁊ quēadmodū medicus enūtiat qd accidit corpori sortis
⁊ alię eius in aliquo tēpore terminato per duas ꝓpōnes:
quaruȝ vna est vlis intelligibilis,⁊ alia ꝑticularis sensi
bilis,ita ista enūtiatio cōponit ex vli qd datur ab intelli
gentia ⁊ ex intētione particulari simili illi vli,quare ꝯo
hō non comꝑhēdit ex istis particularibus nisi illud qd
est ꝓpriū suo tēpori ⁊ suo loco ⁊ corpori,⁊ suis hoibus L
absq̄ aliqs particularibus cōicantibus eis in illa nā vli:
hoc est qa necesse est vt hō habeat in hac comꝑhēsione
alterū duoꝝ modoꝝ generū cognitionis quę antecedit
fidē.s.cognitio ꝑparans.s.cognitio imaginationis ima
ginē informās,⁊ dȝ antecedere fidē,⁊ hō nō pōt acgre
re istā cognitionē nisi in indiuiduis quę iā ꝑcipit,⁊ ma
xime illa idiuidua circa quę habuit magnaȝ sollicitudi
nem:de eis aūt quę sunt ignota apud ipm non pōt acg
rere sciam.ista eni fides lȝ nō est necīuȝ vt antecedat eā
cognitio agēs,tñ necesse est vt antecedat eā cognitio ꝑ
parans ⁊c.vbi pȝ istā fuisse mētē Auer.sicut dicim⁹,⁊
ita dōm est pariformiter de ꝓphetia ſm Phos.❡ Ad
authoritatē Arist.in libro de bona fortuna pariformi
ter dōm est ꝙ de⁹ oia cognoscit,sed nobiliori modo ꝙ̄
nos,aut q̄ sint in suo ꝓprio eē.❡ Aut aliter ꝙ ille nō
erat locus discutiēdi istam mām,⁊ ideo ibi loquitur vt
erat famosum.nā q̄stio de cognitione dei est nobilissi
ma ⁊ maxie desiderata ab hoibus,vt dicit Auer.in cō.
51.12.meta.⁊ ꝑtinet ad sciaȝ diuinā,⁊ ideo ꝯdicentibus
authoritatibus circa h hincinde magis adhibēda fides
est scię diuinę cuius interest h determinare.Eteni in si
mili ēt in.10.ethicoꝝ.ca.10.scribit deū sollicitudinē hīe
de sapiēte ⁊ eū amare.inqt eni.Qui ſm mentem opat ⁊
eā colit,⁊ optime dispositus est amicissimus dijs videt M
eē.nā si dij curā aliquā hn̄t humanarū rerū vt estimat ⁊
credit rationabile est eos gaudere optimo ⁊ cognatissi
mo.tale ꝯo hꝫ mens est ⁊ amātibus illā maxime hono
rantibus quę fauere tāq̄ rerū sibi charissimaꝝ curato
rib⁹ ⁊ recte ac bn̄ agētib⁹.qd aūt hęc oia sapienti maxie
cōpetant nō est obscurū amicissimū,ergo deoꝝ eūdēq̄
fęlicissimū esse decēs est itaq̄,⁊ h mō sapiens vtiq̄ erit
maxime fęlix.⁊ Auer.scribit in com.dixit.De eo aūt q
agit per intellectū ⁊ fuerit obsequiū eius itellectui ⁊ dis
positio eius dispō bona videt ꝙ sit deuȝ amās valde,⁊
siqdē cura sit deo de hoibus vt credit ⁊ debituȝ est,⁊ sic
qdem deus gaudēs de eo qui est melior,tūc gaudet de
eo qui nitit assimilari ei valde,⁊ hic est itellius dignus.ē
ergo bn̄ faciat eis q amāt ipm plus ⁊ vt honorificet eos
⁊ visitet ipsos sicut est dispositio amici cū amico suo:pȝ
ꝙ līa.v.rōnabilr.nā ibi erat in scia morali quę est via ꝓ
pria populoꝝ:vt scribit Auer.in suo ꝓlogo.i.physi.de
Socrate cui nō fuerūt aperte vt existimat vie cōcea ⁊ ꝓ
prię,qa voluit ambulare in via ꝓpria populoꝝ.i.mora
libus tantū voluit insudare.iuxta illud Aristo.in ꝑmo

A metaphy. Socrate circa moralia philosophãte ꝛ de tota natura nihil. nõ est autẽ necessariũ ꝙ populus ꝛ rudes intelligant veritatẽ, sed sufficit eis persuadere aliq̃ pͥncipia ꝑ̃ta q̃ possint bñ vivere, q2 ista est itentio legislatoris. vñ Aristo. 12. meta. t. c. 50. loquẽs de caldeis inq̃t. Tradita sunt aũt a senioribus ꝛ antiquis in fabulę figᵃ dimissa posteriorib⁹, q2 dij sunt hij, vz. corpora cęlestia ꝛ cõtinet diuinã nãm vlem. reliqua ꝟo fabulosę iaʒ adducta sunt ad persuasionẽ multoꝝ ꝛ ad opportunitatẽ multoꝝ ad leges ꝛ cõferẽs. vnde ẽt Auerro. in 2ᵒ meta. cõ. 14. vbi Arist. adducit impedimẽta q̃ ipediũt intellectũ scire veritatẽ inter q̃ vt dicit fortissimũ est ꝯsuetudo in pueritia in reb⁹ legis ꝛ maxie in scia diuina, q2 plures opiniones illius scię sunt radices legũ ꝛ ponuntur in legib⁹ nõ ad sciendũ, sed ad inq̃rendũ bonitateʒ. Et causa in h̃ est, q2 cõplemẽtum bonũ nõ cõplet̃ nisi per cõgregationẽ ꝛ cõgregatio per bonitatem esse: ergo boni est necessariũ ꝛ non est necessariũ eos scire veritatem. ꝛ ita ni fallor diceret Arist. ꝛ Com. ad istas rõnes adductas cõtra ipsos de ista ꝯ̃dictione. ¶ Colligentes igitur sincerã ni fallor Arist. ꝛ Auer. in taʒ ardua q̃one B sniam dicemus, ꝙ intellꝰ diuinus solũ suaʒ essentiam intelligit q̃ est ens per essentiã in qua eminẽter ꝯtinẽtur oia alia entia ꝛ ꝑfectiones oium, ꝛ talia entia sic contenta nõ sunt aliud a dei scia. Eteniʒ sicut supra dictum fuit per locuʒ a minori ad maius si forma nãlis q̃ est in mã ꝛ est potẽtia intellecta hʒ nobiliꝰ eẽ vt est in humano intellꝰ, q2 in mã nõ est comp̃hẽsio, sed in intellꝰ fit cognitio ꝛ comp̃hẽsio, ꝛ fit vnũ cũ intellectu q̃ in intelligendo ꝑficit̃ ab ea quãto magis forma eadẽ cõsiderata quo ad eẽ qð hʒ in intellectu diuino erit dei scia. Sed in hoc est dña ẽm Phos de forma vt est in intellꝰ nr̃o ꝛ in intellꝰ dei, q2 vt est in intellectu nr̃o perficit ꝛ mouet ipm̃, q2 intelligibile est perfectio intelligẽtis: sed vt est in deo causat̃ a scia sua, ꝛ sua scia est perfectio intelligentiũ ꝛ oiuʒ itelligibiliũ, q2 scia dei q̃ est suamet essentia est maxie actiua. naʒ si ars q̃ nihil aliud est q̃ forma artificialis in mẽte artificis existẽs teste Arist. in 7. p̃mę phię. t. c. 23. vbi dicit. Medicinalis eni est ꝛ edificatiua spẽs sanitatis ꝛ domus si talis in quã forma ꝛ ars est p̃nᵐ cũ recta rõne factiuũ, teste Aristo. in. 6. ethicoꝝ. eteni vt ipse dicit. 7. meta. vbi supra. A specie domus sine mã existẽte fit spẽs domus hñs mãm, quãto magis credendũ est formã p̃mã q̃ absoluta prorsus est ab oi materia ꝛ ab oi potentia ꝑductiua erit immediate formaruʒ sine mã, ꝛ aliarũ in mã mediate qð nõ potuit videre Gregorius ille Ariminẽsis in 2ᵒ sniarũ. dist. 1. q. 1. ar- C ticu. 1. in rñsione ad rõneʒ partis aduersę. vbi arguebat̃ q̃ñ in intelligentijs sit ꝑficiens ꝛ ꝑfectũ. dicit ꝙ illa rõ cõtinet duo falsa, ꝛ ẽm cuius falsitas pʒ. inq̃t. est ꝙ p̃ma intelligẽtia intellectiõis secũdę est cã efficiẽs, q2 intelligitur a scða. inq̃t ipse, ꝙ falsitas istius pʒ ex p̃mo ibi declarato per ipm̃, q2 2ᵃ intelligit p̃mã ꝑ essentiã p̃ᶜ. Tum etiã q2 si ista rõne p̃ma efficit itellectionẽ scðę. q2 intelligit̃ a 2ᵃ, tunc cũ ipsa p̃ma itelligat seipsã, igit̃ efficeret se ipsam. ¶ Dicimus. nos ꝙ p̃ma intelligẽtia formalr̃ intelligit seipsaʒ ꝛ sua itellectio est sua essentia, nec sic causat nec causare põt seipsaʒ, q2 nullus itellectus hoc capere põt vt aliq̃d seipm̃ causet vt sit: vt inq̃t beatus Aug. q2 hoc implicat manifestã ꝯ̃dictionem, q2 tunc aliq̃d esset antequã eẽt, sed sua formalis intellectio q̃ est sua essentia est causa efficiẽs ab eterno ois intellectionis causabilis, ꝛ ista est nã intelligentiarũ. scia eni dei est causa efficiẽs totius entis causati, sed diuersis modis, causare autẽ intellectionẽ non est formalr̃ intelligere, nã obiectuʒ causat saltim partialiter intelligere, ꝛ tñ non dr̃ intelligere, D ꝛ hoc est qð dixit Com. ꝙ in intelligẽtijs solũ est causa ꝛ causatũ, sicut intelligibile est causa itelligẽtis, intelligibile eniʒ est causa efficiẽs intellectionẽ in intelligente. ꝛ sic dei scia efficit itellectionẽ extra se, q̃ itellectio sunt essentię ipsarũ intelligentiaruʒ, ẽm ꝙ intelligunt̃ multi modi, q2 aliud est qð intelligit vna, ꝛ aliud est qð intelligit alia, q2 intelligẽtię deriuatę ꝛ causatę a scia dei causant̃ in multa distãtia in participãdo perfectionem primi. Cõcludo ḡ ẽm Peripateticos ꝙ deus se solũ intelligẽdo ꝑpter hoc nõ dicit̃ alia ignorare, imo oia itelligit ꝛ nobiliori mõ q̃ intellectus humanus, aut alius aliq̃s intellectus possit ea intelligere, lʒ eniʒ nõ cognoscat ea illo mõ quo a nobis vel ab alijs itelligẽtijs intelligunt̃, tñ oia intelligit mõ qui soli ꝑprius est, q2 nullus itellꝰ hʒ ens per essentiã sibi idẽtificatũ pro ꝑprio ꝛ adequato obiecto, nisi solus intellꝰ dei sublimis, vñ se itelligẽdo oia entia cognoscit, q2 alia entia ab ipso nõ sunt q̃d E aliud a sui sciẽtia. vñ sicut possidens aurũ nõ dicit̃ carere argẽto, sic intellꝰ comp̃hendens mare entitatis non dicit̃ ignorare riuulos qui a mari emanant in alietate ꝛ diuersitate ꝛ in mare reuertunt̃ ꝛ adunant̃ maiori virtute ꝛ robore q̃ sint in seipsis. nã mare teste Aristo. putrescere nõ põt riuuli ꝑnt seu stagna, sic oia entia causant̃ a H dei scia ẽm ꝙ apta nata sunt causari, q2 distãtię entiũ vt scribit Com. in 2ᵒ cęli ꝛ mũdi. cõ. 63. sunt valde diuersę: sed si talia cõsiderata fuerint vt sunt in scia dei sunt nobiliori mõ q̃ sunt in seipsis, q2 vt sic sunt idẽ qð dei scientia, ꝛ h̃ sine dubio credo tenuisse oẽs Peripateticos, tñ ego teneo ꝛ firmiter credo deum ẽt ois singularis cognoscere in ꝑpria forma. Nã vt ꝑpheta testat̃ ipse. humilia respicit in cęlo ꝛ in terra. nõ eni opinio Phoꝝ dʒ nos deterrere in his in q̃bus vident̃ a rebus fidei eẽ discordes, q2 ipsi intantuʒ ꝑcesserunt inquãtum lumẽ naturalis rationis potuit eos ducere, sed fides nostra a supernaturali lumine spiritussancti illustrat̃ qui falli non põt, ꝛ ipse sit dator auxilij. placuit aũt nobis soluere ar- F gumẽta Greg. q2 deus, vt inq̃t beatus Augu. nõ idiget nostro mẽdacio. nõ eni rõnes ille sunt ex mente Phi, ꝛ ne aliquis rõnibus illis innixus amittat meritũ fidei.

¶ Omne recipiens debet esse denudatum a natura recepti. ppõ. 74ᵃ.



Vulgatissima est ꝑpõ ꝛ maximi momenti in phia. vñ Auer, in 3ᵒ de aia. cõ. 4. inq̃t. ꝙ illa demonstratio in 3ᵒ de anima. adducta ibi per Phm̃ fundat̃ super duas ꝑpositiones, q̃ruʒ vna erat ꝙ intellꝰ mãlis omnia cognoscit, sicut dicit hoc eẽ per se manifestũ. I ¶ Scða autẽ ꝑpõ est ista quã habemus p̃manib⁹ speculandam. vz. ꝙ omne recipiẽs est denudatũ a nã recepti. Glosat̃ aũt per Auer. in 3ᵒ cęli ꝛ mũdi. in cõ. 67. isto modo si fuerit aliqð subiectũ receptiuum oium formaruʒ, opʒ absolute ꝛ simpl'r illud subtũ esse denudatuʒ ab oi forma, ita ꝙ nõ sit aliqua illarũ, nec hñs aliquã ex illis formis quas recipit sibi ꝑpriã, sed est indifferẽter se habens in potẽtia ad oẽs formas, ꝛ ita vt dicit est p̃ᵃ materia q̃ recipit oẽs formas taʒ perfectas q̃ imꝑfectas, ꝛ ideo est denudata ab omni forma, q2 ipsa de se iformis est, ꝛ est in potẽtia ad oẽm formã. vñ nullam hʒ formã subalem, neq3 vl'em, neq3 particulareʒ, neq3 imꝑfectam, neq3 perfectã, sicut dicit. Si autẽ fuerit aliqð subtum qð nõ est receptiuuʒ oium formarũ simpl'r, sed quarũdam nõ opʒ, vt dicit ꝙ tale subtuʒ careat ꝛ sit denudatuʒ ab

Glosa Auer.

omni forma simplr,sed solum dz esse denudatuz ab il-
G la forma vel ab illis formis respectu quarũ tale subtum
dicit̃ esse receptiuũ,ꝛ isto mõ elemẽta quę sunt subta re
ceptiua formarũ mixtoꝝ corpoꝝ ab illis solũmõ opoꝛ
tet esse denudata,sed nõ opz ꝙ ab omni forma absolu-
te sint denudata,qꝛ elemẽta remanẽtia elemẽta nõ pos-
sunt esse ꝑuata ꝓprijs formis.vñ nisi ita esset tunc nulla
prorsus esset differẽtia inter ꝑmum subtuz seu ꝑmã ma-
teriã ꝛ inter subtũ 2m ꝛ mãm 2am cõtra Arist.ꝛ Auer.ꝑ
physi.in cõ.ꝛ tex.82.vbi Arist.describẽs in illo tex.ma
teriã inquit.Dico aũt mãm ꝑmum subtum vnicuiqꝫ,ex
quo fit aliqd cuz insit nõ ꝑm accidẽs.vbi Com.d.p.itel
ligo enĩ quũ dico mãm ꝑmum subtuz qd est in poa non
subtuz ex quo gñatur res ꝛ est in actu ꝛ gñatuz ex eo est
existẽs per se ꝛ nõ per accidẽs,hoc enĩ 2m subtũ ꝛ ꝑmuz
cõueniũt in hoc qd gñatuz inuenit̃ ex eis per se.Et diffe
runt in h ꝙ ꝑmuz est in potẽtia,ꝛ 2m est in actu.aut mõ
medio inter potẽtiã ꝛ actũ,sicut est dispositio in illo qd
Glosa alia eiusdem. generat̃ ex pluribus vno subto.❡Glosat etiam Auer.
istã ꝓpõnez in 2o de aia.in cõ.67.ꝛ dicit ꝙ est vl'ter ve
ra tam in receptione spũali ꝙ etiã in receptiõe mãli.vñ
inquit.manifestũ est ꝙ nõ de necessitate illd qd mouet̃
a colore dz esse nõ lucidũ,sed dz esse non coloratũ:ni-
H hil enĩ recipit se,aut est causa alicuius in recipiẽdo ipz,
ꝛ ista est ꝓpositio manifesta per se,ꝛ Arist.ea multotiẽs
vtitur ꝛ indifferẽter siue mouere ꝛ recipere fuerint spi-
ritualia:sicut aer recipit colorez,aut mãlia sicut corpus
mixtuz ex lucido ꝛ diaphano obscuro recipit colorem.
❡In 3o etiaz de aia probat veritatẽ istius ꝓpõnis isto
mõ in cõ.4.dicens.ꝑm aũt ꝙ omne recipiens aliqd ne-
cesse est vt sit denudatũ a natura recepti,ꝛ vt sua substã
tia nõ sit suba recepti in specie.Si enĩ recipiẽs eẽt de na-
tura recepti,tũc res reciperet se,ꝛ tũc mouens esset mo-
tum.vñ necesse est vt sensus recipiens colorẽ careat co-
lore ꝛ recipiẽs sonũ careat sono,ꝛ hęc ꝓpositio est vera
Declaratio glose Auer. ꝛ sine dubio.❡Vñ videt̃ eaz limitare isto mõ qd reci
piens debet eẽ denudatuz a natura recepti ꝑm spẽm,qꝛ
Mõo intellit Auer. ꝯtra nisi recipiẽs eẽt denudatũ a nã recepti/ idẽ reciperet se ipz/ꝛ eẽt mouẽs ꝛ motũ, alias idẽ reciperet se ꝛ mouẽs esset motuz.nam in his q̃
sunt eiusdez spẽi qcqd per se conuenit vni per se ꝯuenit
alteri,ꝛ ideo si fuerint duo indiuidua eiusdẽ spẽi,quoꝝ
vnũ esset recipiẽs alterũ pariformiter idẽ posset recipe-
re seipm sicut seqtur,ꝛ tũc idẽ esset mouens ꝛ motũ,ꝛ ꝑ
ꝯñs in actu ꝛ in potẽtia,vnde paruz infra Cõmẽ.in eo-
dez cõmẽto cõfirmando istã limitationẽ scribit.vtrum
aũt hęc suba habeat formam diuersam in esse a formis
I mãlibus.adhuc nõ declaratur ex h sermone.q.d.lz per
illam demõstrationez Aristo.demõstraret intellectum
potẽz esse denudatũ ab omni forma mãli,quia est rece-
ptiuũ oium formarũ mãlium,tñ ex illa demõstratione
Propter opinionẽ Alex. q putat i h loco ab Arist. ondi ꝙ itellectus nõ sit actus sz suba i poa mãs ꝛ mã itelligibiliũ ꝛ vt ait ἀγραφον γραμματτον. non apparet an sit expoliatus a q̃libet forã eẽ imãli quę
est diuersa a mãlibus formis,ꝛ reddit cãm dicẽs.ꝓpo
tio enĩ dicens ꝙ recipiens dz esse denudatum a nã rece
pti itelligit̃ a nã speciei illius recepti nõ a natura sui ge-
neris,ꝛ maxime remoti,ꝛ maxime eius qd dictũ est per
equiuocationẽ.i.analogicę,sicut est suba ꝛ ens ꝛ vnuz q̃
plerũqꝫ ab Auer.dicuntur genera multiplr dicta.i.ꝑm
prius ꝛ posterius.nam de mẽte eius genus duplr dicit̃.
vno mõ ꝑ genere vniuoce dicto,ꝛ istud est genus logi-
cum,ꝛ etiã di de genere dicto ꝑm prius ꝛ posteri9.i.ana-
logo,vt est videre.5.meta.cõ.4.ꝛ ꝑ de aia.cõmẽ.7.ꝛ ali-
Op. Ioã. de Gãdano, bi frequẽter,vt alĩo ꝓbaui diffusius.❡Ioãnes autez de
Gãdano in 3o de aia.in q.4.inqt.ꝙ aliqd esse denuda-
tuz ab aliqua intelligit̃ duplr.Vno mõ ꝑm esse vt dici-
mus ꝙ Sortes est separatus a Platone ꝛ vl'ter sic se ha
bent illa,quoꝝ vnũ nõ est ꝯiunctũ ꝑm subsistẽtiam cuz

alio. Alio mõ intelligitur aliqd esse denudatuz ab alio
ꝑm qdditatẽ seu essentiã,sicut cuz qdditas vnius nõ est K
qdditas ꝛ essentia alterius,q̃uis sint cõiuncta ꝑm subsi
stẽtiam,vt dicimus ꝙ mã ꝑa est denudata ab oĩ forma
seu actu,non qd ꝑm subsistẽtiã sit separata ab omni for-
ma,sed qꝛ qdditas ꝛ essentia materię ꝑmę nõ est qddi-
tas nec essentia alicuius formę,vt pz ꝑ physico.ꝛ sic est
in multis alijs ꝯsilr.potẽ enĩ est ꝙ aliq̃ duo sint sibiin-
uicem cõiuncta ꝑm esse,ita ꝙ sint in eodẽ loco ꝛ eodem
subiecto,ꝛ tñ essentia vnius diuersa est ab essentia alte-
rius,vt sciũt parũ exercitati in phia Arist.vñ iuxta istã
solõnẽ soluit multa argumenta in illa qõne de tactu re-
spectu q̃litatũ tangibiliũ dicẽdo ꝙ lz tactus nõ sit denu
datus ab omni tãgibili ꝑm eẽ subsistẽtię,tñ ipsa virtus
tactiua est denudata eẽntialr ab omni q̃litate tangibili.
Sic.s.ꝙ essentia ipsius nõ est aliqua q̃litas tãgibilis,sed
est virtus aię nãlis fundata in organo hñte quãdaz me
dietatẽ ꝛ ꝓportionẽ oium q̃litatũ tãgibiliuz.Et sic dicit
de intellectu qd est essentialr denudatus ab oib9 formis
materialibus ꝛ earũ spẽbus,q̃uis sit ꝯiũctus ꝑm eẽ cuz L
multis,ꝛ forte oibus spẽb9 intelligibilib9 formaruz mã
liuz.❡Et eodẽ mõ rñdet ad illud de visu ꝛ visibili.Di
cit enĩ ꝙ visus nõ est separatus ꝑm eẽ ab oib9 colorib9
sicut bene arguebat̃.vz.qꝛ oia mixta colore participãt
ex libro de sensu ꝛ sensato.Tñ alia est quidditas visus
ab omni colore,ꝛ sic denudatus est ꝑm essentiam,lz nõ
ꝑm subsistẽtiam ꝛ rursus qlibet visus non cognoscit co
lorez sui organi in quo existit.Quãuis forte visus vni9
aialis cognoscit vel cognoscere possit colorẽ organi vi-
sus alterius aialis.ꝛ ita breuiter ꝑm ꝑdictũ doctorez ꝓ-
positio nostra q̃ ꝓponit̃ hic locũ hz isto mõ ꝙ recipiẽs
debet eẽ denudatuz a nã recepti ꝑm essentiaz ꝛ non ꝑm
subsistẽtiam.❡Sz ista glosa Ioãnis ꝯdicit Cõmẽ.ex-
presse in 3o de aia.cõ.4.vbi dicit ꝙ 2a ꝓpõ sup qua fun-
dat̃ demõstratio Arist.est ista.vz.ꝙ recipiẽs dz eẽ de-
nudatũ a nã recepti ꝛ vt sua suba non sit suba recepti in
specie vbi duo simul iũcta ꝯcurrunt in verificãdo illaz
ꝓpõnẽ.vz.ꝙ recipiẽs dz eẽ denudatuz a nã recepti,ꝛ h
quãtũ ad esse,ꝛ qd suba eius nõ sit suba recepti in spẽ,ꝛ
hoc quãtuz ad essentiam.❡Amplius si recipiẽs ꝑm eẽ Impugnatio
nõ dz esse denudatũ a nã recepti,tũc aliqd ꝑm esse hñs
aliquã formã esset rõ recipiẽdi suo subiecto ꝯsilem for
mã in specie,ꝛ sic idẽ eẽt mouẽs ꝛ motum ꝛ in actu ꝛ in
potẽtia,ꝛ sic nulla esset ꝓbatio qua vtit̃ Auer.in verifi M
cãdo illã ꝓpõnẽ.❡Amplius qd dicit de tactu nihil ẽ,
nã mirũ est quõ nõ viderit glosaz Cõmẽ.in 3o de aia.in
cõ.4.vbi occurrit tacite obiectioni.naz glosauit Com.
illã ꝓpõnẽ isto mõ ibi.vz.ꝙ recipiẽs dz esse denudatuz
a nã recepti ꝑm spẽm,vñ infert.ꝓpõ enim dicẽs ꝙ reci
piens dz esse denudatũ a natura recepti itelligit̃ a natu-
ra spẽi illius recepti nõ a nã sui gñis,ꝛ maxime remoti,
ꝛ maxime eius qd dictũ est per ęquocationẽ,ꝛ ideo di-
ximus ꝙ in sensu tactus inuenit̃ mediũ iter ꝯria q̃ com
prehendit.ꝯria enĩ alia sunt in spẽ a medijs. Et mirũ est
de Ioãne quõ rñsionẽ istã quę est Com.in sili argumẽ- Intellige de me9 formę: nõ aũt d me9 transitus.
to nõ viderit,vñ sensus tactus nõ põt esse denudatus a
tota latitudine q̃litatũ tangibiliũ ꝑm genus,qꝛ organuz
in quo cõsistit reqrit certã ꝛ determinatã cõplexionem
quę resultat ex actiõe ꝛ reactiõe q̃litatũ ꝑmarũ in eĩntis
repertaruz q̃ in mixtione diuidunt̃ ad minima vt plurĩ-
mũ vnius ꝯtangat plurimũ alterius,sicut dicit Priceps
in cap.de cõplõnib9.ꝛ ideo sufficit vt sit denudat9 ab ex
cellentijs ꝯrioꝝ quas cognoscit ꝛ recipit.vñ 2o de aia.i.
com.118.Equalr calida ꝛ ęqualr frigida nõ sentimus.ꝛ
ideo bene dixit Auer.in 3o celi.cõ.67.ꝙ si subtuz fuerit

simplr̃ receptiuũ cuiuslibet formę opʒ illud eẽ denuda
A tuʒ simplr̃ ab omni forma. sʒ ꝟo ẽm gđ euã sufficit ipʒ
ẽm se ab illa forma eẽ denudatũ. ℂ Ad illud aũt qđ de
visu dicit Io. multũ decipit̃. Nã Arist. in 2° de aĩa. in. t.
c. 71. ingt. Est aũt coloris susceptiuũ qđ sine colore, soni
aũt absonũ: et tex. cõ. 83. ait, ꝙ per se gdẽ isonabilis aer.
vbi Com. in cõ. ait, ꝙ queadmodũ si diaphanũ hẽret co
lorẽ nõ reciperet colores, sic se aer hẽret sonos ex se non
reciperet sonos. ⁊ 3° de aĩa. Com. dicit. com. 4. vnde ne
cesse est vt sensus recipiẽs colorem careat colore, ⁊ reci
Cã erroris piẽs sonum careat sono. ℂ Sʒ gđ fuit in cã ꝙ Ioãnes
deceptus fuit. Certe fuit famositas ꝑpõnis q̃ dicit ꝙ oẽ
mixtum colore ꝑticipat q̃ scribit̃ in libro de sensu ⁊ sen
sato. sʒ de hac fuit in ꝑprio theoremate late dictũ. nãʒ co
lor in libro de sensu sumit̃ nimis cõiter pro q̃libet q̃li
tate visibili, sicut est lux, sed nõ itelligit̃ ꝑ vero colore ꝑ
prię dicto vt est q̃litas q̃dã 2ª resultãs ex debita cõmix
tione lucidi cũ opaco. nõ eni isto mõ verũ est dicere, oẽ
mixtũ corpus coloratũ eẽ. vñ organũ visus, siue pupil
la, siue humor crystallinus fuerit, siue nerui obtici, vt as
serũt medici nõ hʒ sic colorẽ dictũ quãtũcũꝙ tale organũ
sit, aut possit eẽ lucidũ. vñ Auer. in 2° de aĩa. cõ. 67. in di
gressiõe dicit. ꝑpter ꝟba Aristo. in tex. vbi dicit, oĩs co
lor motiuus est eius gđ est ẽm actũ diaphanũ, ⁊ hęc est
B eius nã, qđ manifestũ est ꝙ nõ de necessitate qđ mouet̃
a colore dʒ eẽ nõ lucidũ, sed nõ coloratũ, nihil eni reci
pit se aut est cã recipiẽdi se, sʒ eni color ꝑprię dictus nõ:
nisi in corpore mixto repiri possit, nõ tñ oẽ mixtũ colo
ratũ est sicut symitas nõ nisi in naso reperiri põt, nõ tñ;
oĩs nasus symus est, ⁊ ita ẽ de odore, sono, ⁊ sapore. Vñ
organũ visus in sua nãli dispõne cõstitutum est absco
lor, q̃a aliter visus non hñt iudicare de oĩb⁹ coloribus,
vñ manifestat sensata experiẽtia ꝙ vbi ɔtingit in icteri
tia ęgritudine vbi organũ visus infectuʒ est ex sparsiõe
cholere q̃ est citrini coloris videmus tales ictericos iu
dicare oĩa esse citrini coloris, ⁊ ita organũ gustus in sua
nãli dispõne existẽs caret oĩ sapore qđ experimẽto. Cõ
probat̃ in infirmis qui ꝑꝑ hẽc organum infectũ aliquo
humore amaro iudicãt ẽt dulcia eẽ amari saporis, itus
Dubium. eni apparẽs, vt ingt Arist. ꝓhibet extneũ. ℂ Sed dices
ꝑpter gđ cõtingit ꝙ sensu visus oẽs colores ꝑcipimus,
sensu aũt tactus nõ possumus oẽs q̃litates tãgibiles ꝑ
cipere q̃ngdẽ teste Arist. in 2° de aĩa. t. c. 118. ęqualr̃ cali
Solutio. da aut frigida, aut mollia vel dura non sentimus. ℂ Et
ad h̃ ex iã dictis pʒ solo. nã organum visus est absꝗ oĩ
colore, ideo oĩuʒ colorʒ susceptiuũ est. ɔsistentia aũt or
gani tactus a tota q̃litatũ primarũ latitudine expoliari
C nõ potuit, sed solũ denudatũ est ab excellẽtijs earuʒ, est
Tact⁹ est aĩa: valde mãlis. eni in mediocritate q̃dã ɔstitutũ, ⁊ ideo excessus ⁊ defe
ctus põt ꝑcipere, mediũ eni vt ingt Com. specie differt
ab extremis. sufficit aũt sicut dicit vt recipiẽs sit denuda
Difficultas. tuʒ ẽm spẽm ab extremis. ℂ Sʒ tũc iterũ est difficultas
ɔtra Auer. Nã. 6. physicę auscultatiõis. cõ. 32. ipse disti
guit de duplici medio. ingt eni declarãdo ꝙ sit ṗmuʒ in
q̃libet trãsmutatiõe ꝙ primũ nãliter in trãsmutatiõib⁹
quę sunt in q̃litate. manifestũ est in colorib⁹ cũ bene ap
paret ꝙ inter colores sunt media finita nãliter in nume
ro. Et intelligo hic ꝑ mediũ nõ illud qđ diuersat̃ sʒ ma
gis ⁊ minus. Sed illud qđ diuersat̃ ẽm formã ⁊ q̃litatem,
q̃m palidum nõ differt ab albo ẽm magis ⁊ minus, sed
ẽm q̃litatẽ, ⁊ si nõ essent eiusdẽ spẽi. In gustabilib⁹ autem
videt̃ ꝙ ita sit sicut in coloribus. In ṗmis aũt qualitati
bus. s. caliditate ⁊ frigiditate videt̃ ꝙ mediũ sit tẽpera
tũ. Trãsmutatum eniʒ in ṗn°cium trãsmutat̃ de calido in
frigidũ, dicit̃ ꝙ q̃dam est in calido, ⁊ q̃dam in tẽperato

D cum inter calidũ ⁊ tẽperatuʒ nõ est qualitas media, sed
ẽm magis ⁊ minus. Q̃m manifestũ est per se ꝙ cũ trãs
mutatũ amittit partẽ calidi ⁊ acgrit partẽ frigidi ꝙ quę
dã pars eius est in calido, ⁊ q̃dã in tẽperato, q̃m non est
calidũ ẽm totũ, necꝗ tẽperatuʒ ẽm totum. Et cõsilẽm di
stinctionem de hoc hʒ in cõmẽto super 3° metheororũ. in
cap. de iride. vbi dicit ꝙ mediuʒ dicit̃ ẽm duas species.
vnũ eorũ est ẽm veritatẽ ⁊ prius, ⁊ est mediuʒ inter duo
ɔtria cuius eẽ cõsistit in cõplexione duarũ extremitatũ,
⁊ ipm ẽm gdditatẽ est diuersum a duab⁹ extremitatib⁹.
Scđm aũt di ẽm silitudinẽ ⁊ ẽm posterius ⁊ est mediuʒ
inter duo ɔtria ẽm quãtitatẽ tñ. videt̃ igit̃ ꝙ responsio
Auer. ad tacitã obiectionẽ quã dat de tactu respectu q̃
litatũ tangibiliũ non sit ad ꝑpositũ, q̃a mediũ non spe
cie distinguit̃ ab extremis seu ẽm gdditatem ⁊ simplr̃, sʒ
solũ ẽm magis ⁊ minus. ℂ Nisi esset ꝙ in tali medio in Solutio.
quo sunt ɔtria refracta per vnũ ɔtriorũ põt dici specie di
stingui ab alio extremo cuius est receptiuũ. ℂ Sʒ tunc Dubium.
insurgit cõtra eãdem glosam Auer. vna alia difficultas.
nã si recipiẽs dʒ eẽ denudatũ a nã recepti ẽm spẽm, ⁊ h̃
est vlr̃ veruʒ sicut ipse fatet̃ in 2° de aĩa. cõ. 67. de quali
bet receptione tã reali q̃ spũali, tũc igit̃ mã hñs formã
sbalem ignis posset illa remanẽte recipere formam aq̃
E aut terrę, q̃a istę formę sicut pʒ cõsiderãti sunt specie dif
ferentes. h̃ aũt minime fieri põt, vt pʒ in 2° de gñatione
⁊ corruptione. vbi agitur de mõ trãsmutationis sbalis
Solutio. elemẽtorũ adinuicem. ℂ Nisi eẽt sicut scribit Auer. in 3°
cęli ⁊ mũdi. in cõ. 67. iuxta ꝟba Arist. ibi in textu vbi di
cit. Sic ⁊ elemẽta opʒ putare queadmodũ mãm eẽ com
positis, ꝑpter qđ ⁊ possunt trãsmutari adinuicẽ separa
tis his quę ẽm passiões differẽtijs. Vbi Auer. exponẽs
dicit. i. q̃a formę elemẽtorũ nõ recipiũt seipsas cum sint
eiusdẽ gñis. Cõtingit ꝙ nõ gñant̃ adinuicẽ, nisi cũ reci
piens exuit formã ⁊ recipit formã receptam, ⁊ ideo non
sunt elñta adinuicẽ, ⁊ hoc nõ ɔtigit in receptiõe forma
rum cõpositorũ. s. vt denudent̃ a suis formis apud rece
ṗtiones formarũ cõpositorũ. Formę eni cõpositorũ sunt
alię a formis eorũ. Formę gdẽ eorũ sʒ sint diuersę, nõ in
eodẽ ordine sunt in subalitate. s. qđ impoĩe est vt q̃dam
sint materię formarũ q̃rũdam, ⁊ oĩa ista manifesta sunt
exercitatis in hac sciã. Scđm igit̃ istã expõnem opʒ illo
mõ illud dictũ Auer. glosare per seipm ꝙ recipiẽs ⁊ re Qđ recipiẽs dʒ eẽ dnudatũ a nã recepti ẽm spẽm necꝗ ita vt nõ sit in eodem ordie subalitatis. necꝗ ɔtrias requirit q̃litates.
ceptũ debẽt specie differre, ita ꝙ nõ sint eiusdem ordinis
in subalitate ṗcipue in vera trãsmutatione reali q̃ fit cũ
abiectione ɔtrij, ⁊ ideo q̃a formę elñtorũ vt sunt in mate
ria sunt ɔtrię vel ẽm se: vt voluit Alex. Vel rõne ɔtriarũ
qualitatũ cuʒ q̃bus existunt in mã, sic vnũ elñtũ nõ põt
esse mã alterius. Sed q̃ntũ ad intellectum possibilem ista
glosa hoc mõ intellecta locũ non hʒ. vʒ. ꝙ intell's possi
F hñs spẽm vnius elemẽti nõ põt recipere spẽm alterius,
q̃a. vʒ. elemẽta sunt eiusdẽ ordinis in subalitate. Et rõ ẽ
ista, q̃a formę quę ɔtriant̃ in mã non ɔtriantur in intelle
ctu. Vñ Cõmẽ. 6. ṗmę pħię. cõ. vltimo. ingt. Et intende
bat per hũc sermonẽ declarare diuersitatẽ duorũ entiũ,
sʒ entis qđ est in intellectu, ⁊ entis qđ est extra itellectũ.
Qđ eniʒ est in aĩa cõtingit vt recipiat duo opposita in
simul, qđ nõ põt eẽ extra aĩam, quia mã recipit cõtraria
successiue, ⁊ cã in hoc ꝙ intell's comṗhẽdit simul, duo
opposita est, q̃ nã ṗmorũ oppositorũ in intellectu. s. ve
ri ⁊ falsi nõ est nã ṗmorũ oppositorũ extra aĩam. s. boni ⁊
mali. verũtamẽ verũ ⁊ falsuʒ sunt in cognitione, ⁊ bonũ
⁊ malũ est in mã, ⁊ nullũ entiũ quę sunt in cognitiõe dẽ
eẽ simplr̃ ẽm ꝙ est ex̃ aĩam, ⁊ ꝑpter h̃ noli mirari, quia
sʒ ista ꝑpõ vera sit tã in receptione spũali q̃ etiã in rece
ptione mãli, q̃a tñ iste receptiones sunt multũ differen

ies & precipue receptio spūalis que est in intellectu & rece-
G prio realis que est in pª mā. naz vt scribit Com. 3º de ani
ma. cō. 28. Materia nō est cā receptionis simplr, sed cā
receptionis trāsmutabilis. s. receptionis huius entis in-
diuidualis. vñ necesse est vt illud qđ nō recipit receptio
ne indiuiduali nō sit māle aliquo mō. Et propter hoc aliq̄
sunt necessaria ad verificādū illam ppōnē in receptiōe
māli que fit cū vera actione & cū abiectiōe 3rij que non
sunt necessaria ad verificādū illā in receptione spiritua
Difficultas. li. ¶ Sed nūc insurgit alia difficultas 3 Aristo. & Auer.
Naz nō videt eē verū q̄ in receptione spūali recipiens
dz esse denudatū a nā recepti, qa ibi nō est necessarium
vt mouēs sit distinctum a re mota, sicut scribit expresse
Cōmē. in 8. phys. cō. 40. vbi hz q̄ in motu equoco q̄-
lis est qui inuenit in entibus abstractis idē pōt esse mo
uens & motū. ¶ Et cōfirmat, qa in abstractis a mā idē
est intelligēs & intellectuz: vt pz 3º de aia. t. c. 15. vbi dicit
q̄ in his que sunt sine mā, idem est intelligēs & qđ itelli
Solutio. git. ¶ Nisi eēt qđ vt scribit Com. in libro dstructio de
structionū, in dispu. 3º, in sol. 18. dubij. Perfectio in ipsis
separatis intelligētijs latitudinē hz magnā. vñ 3º de ani
ma. cō. 19. intellectus mālis est īfimus in gñe abstracto-
ruz, & ideo accidit sibi inquātū intellectus est q̄ sua itel-
H lectio nō idētificat cū sua essentia ppter ipm eē propin-
quū cōtinuo & tēpori. nā sicut dicit Arist. in 2º de aia. t.
cō. 151. aia magnū tēpus apponit in ignorātia, sz in alijs
intelligentijs que sunt perfectiores in talibus intellectus
& intellectus, & intelligibile idētificant, & hoc maxime ve-
ritatē hz de pmo intellectu, vt dicit Com. 12. meta. com.
Dubium. 51. ¶ Vltimo aūt dubitat ppter qđ intellectus mālis si
dz recipere formas māles dz esse denudatus a mālitate.
Si aūt intelligit imaterialia nō opz pariformiter in vir-
tute istius ppōnis ipm eē denudatuz ab imaterialitate.
Solutio. ¶ Ad hoc dicimus q̄ Auer. hoc argumētū dimisit insolu
tuz in cōmē. 4. in 3º de aia. inqt. n. vtrū autē hec subā. s. i
tellectus pōtis habeat formaz diuersam in eē a formis
mālibus adhuc nō declarat ex hoc sermone, ppō eniz
dicēs, q̄ recipiens dz esse denudatū a natura recepti in-
telligit a natura speciei illius recepti non a nā sui gene-
ris & maxime remoti & maxime eius qđ dicit p equoca-
tionē. Tñ rō diuersitatis in hoc est in promptu, quia fm
Quare intel- Phos impedimētū semp est a mā, vñ imālitas non im-
ligēs imā- pedit cognitionē, imo promouet. sic scribit Auer. in li-
lia nō est ca- bro destructio destructionū, in dispu. 5. in solone secūdi
rēs imateria- dubij. dicēs. Vñ dicimus ex Phoz 3nibus q̄ ens icor-
litate. poreū est in se pura scia tm, ipsi eniz opinati sunt q̄ for-
me sunt in scientes, prout cōsistunt in mā, & si forte inueni-
ret aliquid in materia nō cōsistens, manifestū est q̄ est
pura scia & intellectus & intellectū non est aliud in essen
tia a forma rerum a materia separatarum.

Ppō. 85ª. ¶ Eadē sunt principia & cause essendi & co
gnoscendi.



Famosa est ppō, & sic declarat. nā scire simplr est causaz co
gnoscere ppter quā res est, & qm illius est
causa, & qđ impoē est aliter se habere.
vnde pº phys. nō 3tingit scire & itellige-
re in oibus sciētijs, quarū sunt pncipia
aut cause & elēta nisi ex hoz cognitione. & Auicē. in pª
Fen pmi, doctrina pª, in cap. de subiectis medicine. inquit.
Cognitio vniuscuiusq3 rei hñtis causas acqrit cognitis
Cōm Gēti- causis eius & cōplet quādo fuerint cognita oia iberētia
lem/ Gādi- illi rei. ¶ Vñ mirū est quō fere omnes expositores al-
nū/ & Jac. de lucinent in illo loco atq3 cōueniāt in declarando penes
Foliuio.

quid attēdit sciētie acqsitio, & penes qđ sciētie comple-
mentū cum ipse author seipm ibidem declaret. vñ in re K
notissima litigant & nodū in scirpo qrunt. Vñ cōmen.
Auer. in pº de aia. cō. 3. hz 3similem sniam dicēs. Cogni-
tio vniuscuiusq3 gñis & spēi eius non cōplebit nisi p co
gnitionē subē illius spēi, & per cognitionē eoz que 3iun-
gūt ei, vt dictū est in posterioribus analyticis, & est in pº
poster. t. c. 43. Vna aūt scia est que est vnius gñis qcūq3
ex pmis cōponunt, & partes sunt passiōes p se, & Auer.
iuxta hoc in plogo suo sup libro physicoz. inqt. q̄ intē-
tio scie nālis est cognoscere causas spēruz sensibilium &
causas visibiles in spēbus accitauz. vnde circa ista cōsi-
stit perfectio & cōplemētū scie pmo in cognitione qddi-
tatiua sui subiecti, & spēruz eius que habetur p causas si
causas habuerint. & hoc est itelligere ppriē loquēdo & in
cognitione demōstratiua oium pprietatuz, & hoc pprie
est scire. ¶ Aduerte tñ vt inqt lucidissimus Them. in
pº phice auscultationis cause apud Arist. sunt efficiētes
& fines. Concause aūt sunt mā & forma & postremo ele-
mēta. Verū Plato causis addidit exemplarez, qa posuit
ideā. Cōcausis autem addidit instrūtā siue officialem.
Nō qlz cā i- ¶ Vnde aduerte etiā in via Peripateticoz q̄ nō est
strūtalis redu- vñiter verū cām instrūtaz semp reduci ad genus cause
cit ad cāz ef- efficientis, imo etiā qñq3 reducit ad genus cause mālis.
ficientem. nam certū est q̄ diaphaneitas cōcurrit tāq3 cā instrūtalis L
in illuminatione aeris. Patet aūt q̄ nō cōcurrit in gene-
re cause efficiētis. nā talē efficit corpus luminosum. nec
etiā cōcurrit tāq3 forma, quia aer formalr nō lucet dia-
phaneitate, sed lumine. Neq3 etiā cōcurrit tāq3 finis, qa
potius diaphaneitas est pp lumē nō ecōtra. Relinqtur
ergo vt 3currat in gñe cause mālis qđ etiā ostēdit diffi-
nitio data de lumine ab Arist. in 2º de aia. in t. c. 68. vbi
dī lumē ē actus diaphani fm actuz. ¶ Immo si subtilr Quodlibz genus
rimari velis vnūqđq3 genus cause in suo pprio gñe vi- cause hz pro-
det determinare seu appropriare sibi aliqs dispōnes, si prias dispo-
cut pz inuēti librū de subā orbis ipsius Auer. ¶ Et est sitiones.
vltra hoc et rō. nam sicut se hz dispō agētis ad agens, sic
dispositio passi ad passuz, sed dispō agētis causat effici-
enter, ergo dispō patiētis causat mālr. ¶ Vñ iste sūt
dispōnes dicte occulte a medicis que se tenēt ex pte ma
terie & sunt variabiles in ifinitū & nō possunt ab hoie co
gnosci a priori, sed solo experimēto & ille sunt, vt inquit
Auer. in 3º colliz. que reddūt artē medicine impfectam.
nā vt scribit Aui. in pª Fen pmi, doc. pª, in cap. de com-
plexionibus. Dedit deus gloriosus vnicuiq3 idiuiduo M
cōplexionē sibi pprīā in qua aliud indiuiduū sibi asso-
ciari est impoē. ¶ Ls eni beatus Aug. in libro de ciui
tate dei, vt refert Cōcilia. in diff. 23. dicit. q̄ fuerūt duo
gemelli qui ita se habebāt q̄ qñ vnus ridebat alter etiā
ridebat, & quādo vnus tristabat & alter etiā tristabatur,
& vno egrotante alter egrotabat. cuius cām Hippocra-
tes interrogatus dixit, qa ex eodē patre & filii aluo & nu-
trimento, & filii regimine fuerūt pducti & educati. Possi-
donius aūt astrologus de eodē iterrogatus retulit hoc
ad idētitatē stellarū, cuius tñ rōnē postposuit Augu
stinus, & illā Hippocratis ptulit. ¶ Cōsimile narrat etiā
Almāsor de duobus gemellis q erant adeo siles q̄ tē-
pore magne famis & penurie vnus eorum accedebat ad
matrem qritans panem, quo semel accepto iterato post
paruā morā reuertebat ad matrē simulans se eē aliū,
& qa similitudo est causa deceptionis illo mō matrē de-
cipiebat. ¶ Hoc etiā narrat Albertus magnus in 9º de
aialibº. ¶ Et Quintilianus in declamatiōe septima, p
duobus gemellis infirmātibus desperātibus reliqs me
dicis qe eis vnus medicoz salutē pmittit si alterius in
tralia

A trasla .i. membra interiora respiciant, et concedente ꝓ patre inuit Quintilianus ꝙ ex omnimoda fere similitudine visa et cognita egritudine vnius per anathomiā alter curatus fuit, vnde vxor virum incusauit male tractationis. ❡ Licet oīa ista vera sint, tñ est aliqua differētia inter vnā cōplexionē vnius indiuidui, et aliā sicut est alia et alia forma. Nō ergo credendum est oēm instrumētariā dispositionem ad genus causę efficiētis reduci. ❡ Reuertamur igit̃ ad declarationē ppositi Theorematis ꝙ ista noīa ꝑncipiū causa et elm̃tum, vt scribit Cōmē. in ꝑ. phys. cō. ꝑmo. qñq; sumunt̃ cōiter et qñq; sumunt̃ ppriē. ❡ Cōiter aūt sumpta cōfundunt̃ adinuicem, ita ꝙ causa cōiter stat pro omni causa in quocūq; gñe causante, et sīlr pn̄m et elemētū. ❡ Tamē qñ sumunt̃ pprię causa dicit sicut stat pro causa finali. nam finis est causa causarum, ex 2° phys. nam causalitas finis est in causata. ❡ Principium autē pprię dī de agēte et mouēte cā. Vnde Arist. vbicunq; locoꝝ vbi describit cām efficiētem dicit ꝙ est principiū. vnde motus/ de rōne eni principij est ꝑmū esse, vt dicit Arist. in ꝑncipio. 5 meta. et qa causa efficiens in esse reali ꝑcedit oēm aliā cām, licet eni finis in intētione et quo ad causalitatē ꝑcedat causalitatē agentis, sed quo ad eē est

B opposito modo et appropriate nomē ꝑncipij attribuit̃ causę agēti et mouēti, dīa autē inter mouēs et agēs nota est ex ꝑmo de gñōne et corruptione. in tex. cō. 43. et istud; qa omne agens est mouēs et nō econuerso. ❡ Elementū autē appropriat̃ causis intrinsecis, pręcipue tñ materię propter cām quā diximus vbi de diffinitione elementi loq̄bamur. ❡ Nota etiam ꝙ aliqd pōt esse principium essendi qd̄ nō est ꝑncipiū cognoscēdi sicut ꝑma mā quę de se ignota est, quę tñ in ꝓpo gñe est cā mālis respectu cōpositi, tñ de se nō est ꝑncipiū cognoscendi nisi vt stat sub forma, licet etiā dici possit ꝙ materia etiam vt stat sub forma, vel vt piungit̃ formę est cā essendi cōpositi. nam Cōmē. in. 5. meta. cō. 5. dicit. ꝙ hoc nomē natura dicit̃ ꝑ et principalr̄ de substātia quę est forma quę est ꝑncipiū motus in rebus nālibus essentialr̄ et primo. Et qd̄ materia nō dī natura, nisi qa recipit istā nām. ❡ Et aduerte ꝙ omne causatum si oēs causas habuerit per oēs cognitione cōpleta debet cognosci si habuerit plures ex pluribus, vt dicit Com. et si vnū, vnū semꝑ referēdo singula singulis, et hoc est verū id in cognitione incōplexa quę habet̃ per diffinitionē quā etiā in cognitiõe complexa quę habet̃ per demōstrationē, quicquid dicat Burleus et sequaces eius in hoc. nam idem est vtriusq; iudiciū. nā diffinitio, aut est demr̃ationis principiū, aut est ꝯclusio, aut est demonstratio variata in situ, vt dicit Arist. in 2° posterioꝝ. et ideo implicat sciam cōplexam per demr̃ationem habitam si perfecta simplr̄ fuerit qd̄ fit per oēs causas, et qd̄ in diffinitione oēs causę nō appareāt cum ꝓ qd̄ est cōtra Arist. in. 8. meta. t. cō. 11. et 12. qui iubet in diffinitione cōpleta oēs causas assumi debere. ❡ Aduerte tñ ꝙ licet eadem sint ꝑncipia et causę essendi et cognoscendi, tamē alio modo sunt ꝑncipia essendi, et alio mō sunt ꝑncipia cognoscendi. Nā in esse signato et pticulari sunt ꝑncipia essendi, sed sunt principia cognoscēdi sub alio respectu. vz. in esse vlitatis et abstractiōis: vnde. v. g. de homine loquētes dicere possumus ꝙ homo in esse reali cōponit̃ ex tali corpore, et ex tali actu qui est aīa ei⁹, sed dicere ꝙ est animal ratiōale/ hoc est per intellm̃ et vlr̄, et sic sunt cognitionis ꝑncipia. vnde Cōmē. ꝑ meta. scribit in com. 27. et intēdit ꝙ compꝛehensiones quę dicunt̃ scię sunt rerū quę sunt in sensibilib⁹ nō gñabiles neq; corruptibiles nisi accidentalr̄, et sunt intētiones vles q̄s intellectus compꝛehendit in eis et sunt formę. Compꝛehensiones

Principiū cā et elm̄tū 2ᵉ.

Aliqd fit eē pn̄m eēndi et non cognoscendi.

Cōtra Burleum.

eo quę sunt corruptibiliū et gñabiliū. s. indiuiduoꝝ cōpositoꝝ non sunt scię, sed imaginatiōes eoꝝ, et q̄si intēdebat ꝙ ista sensibilia habent duos modos compꝛehensionis modū qui nō est scia eoꝝ, sed imaginatio et modum qui est scia eoꝝ et est intellecta vlīa, et hoc est qd̄ dicit Boetius singulare est dū sentit̃ et vle est dum intelligit̃, et pp hoc dixit Auer. ꝙ partes diffōnis sumuntur a principijs quę sunt in re ꝑmo de aīa. cō. 7. Aristo. enim nō opinat̃ ꝙ intellecta rerum sint rerum substātię: sed sunt notiones quę notificant substātias rerū, vt dicit Com. ꝑmo meta. cōmē. 45. ❡ Aduerte etiam ꝙ licet omnia ꝑncipia et causę essendi sint principia cognoscēdi fm̄ ꝑdictum modum, non tamen omnia principia cognoscendi sunt principia essendi, sicut patet intelligenti.

D

❡ Intellectus omnia intelligit.

ppō. 86ᵉ.

Propositio ista est Aristo. 3° de aīa. t. cō. 4. et est vna de ppōnibus in qbus fundat̃ demr̃atio Arist. ibi. vt scribit Auer. in com. ad demōstrādū ꝙ intellus nō est corpus nec virtus in corpore: vnde dicit̃ in lrā. Necesse est aūt qa oīa intelligit imixtū esse, sicut dicit Anaxagoras. intus enim apparens ꝓhibet extraneum. et dicit Cōmē. ꝙ ista ppositio est manifesta per se. ❡ Et in primo de gñatione et corruptione. in cōmē. 19. inquit de antiquis, et isti q̄uis errēt in hoc sicut dicit Arist. tñ in hac opinione ꝯsequunt̃ viā veritatis aliq̄ mō loquētes dicūt ꝙ ens est ꝯꝑhēsum et nō ꝯꝑhēsum nālr̄ est nō ens. ❡ Et 2° phy. in cō. 47. vbi recitat opiōnē illoꝝ antiquoꝝ de fortuna asserētiū, ꝙ fortuna ē q̄dam res diuina et nullus scit q̄ditatē ei⁹. inq̄t ꝙ Arist. tacuit istos. i. nō dignatur reprobare istā opiōnē, ppea qa iste sermo est irrōnabilis. s. vt sit hic cā ignorata nālr̄. nā vt scribit Aristo. ꝑ topicoꝝ. ca. 9. q̄libet ꝓferēte ꝯtra opiōnib⁹ sapiētū de q̄libet sollicitū eē stultū est. ❡ Mirum tñ est ꝙ Com. dicit istud eē manifestum per se, imo hoc est dubiū et forte falsum. nam in 2° cęli et mūdi. in tex. cō. 16. de illa qōne quę sit nobilior ps cęli, an illa quę est sub polo artico, an illa quę est sub polo antartico. et dicit Com. ibi in cōmē. ꝙ intellus hūanus nō pōt compꝛehēdere verificationes huius cōparationis. ❡ Amplius Aristo. in 2° meta. in tex. cō. 1. dicit/ ꝙ quēadmodū se hꝫ oculus vespertilionis ad lucem diei, sic se habet intellus animę nostrę ad ea q̄ sunt secretissima in natura. Nec valet ristio Auer. ibi in cōmēto. ꝙ illud exēplum nō ostendit nisi difficultatem, non aūt impoītatē, qa tunc natura ociose egisset, qa fecisset aliqd̄ nālr̄ intellectū ꝙ a nullo esset intellectum, est enim in tali rōne Auer. multiplex error atq; fallacia, qa sicut ipsemet scribit. 7. meta. cōmē. 58. essentię rerum sunt existētes, licet nō intelligant̃. ❡ Amplius Arist. fm̄ istā mirabilem Auer. phātasiam incideret in foueā quā fecit. nam ipse in 2° de anima. in tex. cō. 142. Argumentat̃ cōtra antiquos qui opinabant̃ nullum esse colorem sine visu, nullumq; esse saporem sine gustu, vt pꝫ clare deducēti. nā vt inquit Arist. ibi. sic qdem recte dicebāt, sic aūt nō recte. duplr̄ eni dicto sensu et sensibili, his qdē fm̄ potentiā, his aūt fm̄ actū. de his qdem. s. quę fm̄ actū dicunt̃ accidit qd̄ dictum est: sed in alteris. s. in his quę fm̄ potētiam dicunt̃, hoc nō accidit pariformiter dicā de intellectu cum intelligibili qd̄ illa duplr̄ dicunt̃, fm̄ potētiam, et fm̄ actum, et licet intellus et itelligibile in actu dicta simul sint et nō sint, non tñ sequit̃ vbi fm̄ potentiam dicūtur. ❡ Confirmat̃ qa 3° de aīa. tex. cō. 2. sic se habet intelligibile ad intellectū, sicut sensibile ad sensum, ergo

E

F

Instātie sup ppositione.

sicut sensibile ⁊ sensus dicũtur dupl'r pariformiter ⁊ de
G intellectu cũ intelligibili. ¶ Et cõfirmatur similitudo ma/
nifeste ex authoritate Arist. in 3° de aïa. in t.c.38. vbi di
cit. Secatur igitur scia ⁊ sensus in res quę quidẽ potẽtia est in
ea quę sunt potẽtia, quę ꝟo actu in ea quę sunt actu. aię
aũt sensitiuũ, ⁊ qđ scire põt potẽtia hęc sunt, hoc quidẽ sci/
bile, illud aũt sensibile. ⁊ Cõm. in cõm. scribit. Res eni
quarũ differẽtię sunt eędem ipsę sunt eędem in illo mo/
do in quo hñt easdem differẽtias. intellus igitur est intel/
lectũ ⁊ sensus est sensatũ. ¶ Amplius differẽtię vltimę
rerũ sunt nobis ignotę. alioqn snia Phi in 2° posterio.
vera nõ eẽt. vbi scribit ꝙ quęlibet pars diffinitiõis est
in plus ꝙ̃ diffinitũ ⁊ totũ in eq̃. nam si dĩę vltimę eẽnt
notę, p3 ꝙ ille cõuertunt cũ diffinitis. ¶ Amplius nu/
merũ spẽrũ aïaliũ atq; plantarũ stellas etiã oẽs, vt inqt
sapientissimus Salomo, quis dinumerauit proportiões
etiam diuersas mixtionũ quis est qui cõphẽdere pos/
Solutio. sit. ¶ Nisi eẽt ꝙ ꝓposita ꝓpositio sic veritatẽ h3 ꝙ intel/
lectus oĩa cognoscit quo ad eius fieri potest. nã de oĩ/
bus mãlibus cognitionẽ habet talem qualem põt habe
re ꝟm etiam qđ requirit natura materię subiectę. nã vt
H scribit Arist. in 2° meta. in tex. cõ. vltimi. Acribologia
mathematica nõ in omnibus est expetenda, ⁊ vt inquit
pmo ethicoꝝ. cap. 2. Eius qui eruditus est eatenus in vno
quoq; genere certitudinẽ exigere q̃tenus eius nã rei re/
cipit simile quippe videtur a mathematico persuasionẽ
recipere ⁊ ab oratore demõstrationẽ requirere. ¶ Vñ
Arist. in pn° libri metheoroꝝ. scribit ꝓponendo se inue
stigaturum omnes causas metheorologici negotij, par/
tim dubitãdo, partim aliquo modo attingẽdo. ¶ Et in
2° cęli ⁊ mundi, tex. cõ. 60. inquit. Duabus etiam dubita
tionibus entibus de quibus merito vtiq; quilibet dubi
tauit tẽtandum dicere qđ videtur dignus esse reputãtes
promptitudinẽ magis iputari verecũdię q̃ audatię siqs
ꝓpter phiam stare ⁊ paruas sufficiẽtias diligit de quib'
maximas habemus dubitatiões, vbi Auer. notabil'r di
cit. in pn° cõmẽ. q2 ꝓpõnes quę sunt in nr̃is manib' in ta
libus q̃stionibus sunt paucę ⁊ fere dicunt equoce, quia
sunt accępte ab aïatis quę sunt hic, ⁊ de istis, ⁊ de illis dñ
aïatum fere equoce, sed tamẽ q2 nos nõ possumus hĩc
in hoc, nisi hõꝰ ꝓpõnes ⁊ ꝓpter hoiem dicere in quolib3
ꝟm qđ est in natura hominis dicere in illa re non ꝟm ip
sam rem. Cum in pluribus nõ possimus dicere nisi ꝟm
potentiam nostram naturalem, ⁊ ꝓpter hoc Aristo. ice/
pit se excusare dicẽdo ꝙ aliquis non debet tenere B in
nobis in verecũdia, qm̃ qui ignorat hęc duo. s. ꝙ perfe/
ctio hoĩs ⁊ virtus eius inquãtũ est homo non est dicere
in istis rebus ꝟm qđ est in natura sua, ⁊ qđ impossibile
est dicere de istis ꝟm suas naturas multotiens attribuit
loquẽti in istis rebus stultitiã ⁊ inuerecũdiam, q2 autem
I ista scit miratur ex sua diligentia ⁊ ex sua phia, ⁊ ẽt ex ex/
neitate sermonum quos addiscunt in istis reb' ex diffi/
cultate eoꝝ, q̃uis non sunt demõstrationes perfecte fi/
dei, tñ q2 subiectum earũ est valde nobile sunt nobilio/
res illis, modicũ eni nobile nobilius est multo ignobili.
¶ Et 3° de aïa. cõmen. 36. inqt. non sequitur vt illud qđ est
magis visibile in se sit magis visibile a nobis. ¶ Et in
12 pmę phię. tex. cõmẽ. 45. vbi Aristo. venatur nume/
rum intelligentiarum ex numero motuum ipsorum or/
bium dicit, ꝙ talia principia in maiori parte sunt famo/
sa cum fere omnia sint fundata in sensu quantitatu3 mo
tuum stellarum quod nõ potest perfici in vita humana
⁊ ideo necesse est in considerationibus credere conside
rationibus prędictis, ⁊ tunc verificatur quantitas mo/
tuum, ⁊ ꝓpter difficultatem istarum rerum impossibile

ADDITIO. Unde an ista sint parta vl' sparta, B ẽ na ture cognitu: s3 nõ nob, vt scit al' Boe. i 2° edit ione ss hoi gihef.

est vti propositionibus necessarijs, sed famosis in hoc
loco magis vtimur q̃ necessarijs, sed quando in eis nõ K
fuerit diuersitas, si autẽ in eis fuerit diuersitas nihil erit
super quo sustenteur, sed quocũq; modo sit melius est
scire sermones hoium in hoc q̃ nihil. ¶ Ex qb' autho/
ritatibus clarissime colligitur ꝙ in quibusdam reb' intel/
lectus humanus non potest attingere naturas rerum, vt
sunt in seipsis, sed attingit illas quo ad sibi cõcessum est,
⁊ est sibi possibile. ¶ Pro quo scire debes vt colligitur ex
intẽtione Arist. ⁊ Cõmẽ. Auer. in pn° 2' metaphy. Du
plex est causa difficultatis contingentis intellectui nr̃o.
Vna sumitur ex parte obiecti intellecti. Et alia sumitur
ex parte ipsius potẽtię intellectualis, ⁊ Cõmẽ. ibi in cõ.
dicit. duas conclusiones qđ in cognitione entium mate
rialium difficultas magis pendet ex natura rei intellectę
q̃ ab intellectu, ⁊ rõ est in promptu, q2 intellectus possi
bilis est in potẽtia ad omnia intelligibili, ⁊ op3 ꝙ mo/
ueatur ad intelligere ab aliquo obeo qđ sit actu intellectu3,
sed quia entia mãlia de se sunt potẽtia itellecta de se nõ
possunt mouere itellectũ ad itellectionẽ, ⁊ ꝓpter hoc idi
gẽt extrinseco motore qui extrahat illa de ordie in ordi
nẽ. i. de ordie sensibiliũ ad ordinẽ intelligibiliũ, ⁊ faciat
ea de potẽtia itellectis actu itellecta, ⁊ hic est intellectus
agẽs, vt p3 3° de aïa. tex. cõ. 18. ⁊ ꝓpter hoc labor ⁊ diffi/
cultas intellectui ↄtingẽs in itelligẽdo hõꝰ mãlia magis
pẽdet ex natura obiecti cogniti q̃ ex natura potẽtię co/
gnoscentis. S3 in cognitione subarũ separatarũ difficul
tas pẽdet ex nã nostri itell's q est ifimus in gñe subarũ L
intellectualiũ, ⁊ vt ↄtinuatur nobiscum in itelligẽdo depẽ/
det a sensu ⁊ a phãtasia, non eni talis difficultas causatur
ex nã obiecti cogniti, quia talia obiecta sunt actu abstra
cta a materia ⁊ a cõditionibus materię, vñ talia non in/
digent ad hoc ꝙ intelligantur intellectu agente quãtu3
ad hoc ꝙ extrahat ⁊ trãsferat illa de ordine in ordinẽ, ⁊
faciat de potẽtia itellectis actu itellecta, q2 talia sunt de
se actu itellecta: vnde dicit Cõm. 3° de aïa. cõ. 18. ꝙ si es/
sent vniuersalia Platonica extra aïam nõ opus esset po
nere itellectũ agẽtem, ⁊ ꝓpter hoc Arist. ibi in tex. cõ. 1.
loquens de ipsis. inquit. Forsan autẽ ⁊ difficultate duo/
bus modis existẽte non in rebus, sed in nobis est eiꝰ cã,
quicquid dixerit Scotus ⁊ seq̃ces eius in hoc, ista est via an/
tiqua olim Peripateticoꝝ. ¶ Aduerte ẽt ꝙ in istis re/
bus corporeis ⁊ materialibus est magna diuersitas, q2
nõ omnia eque difficulter intelligũtur, imo habẽt latitu
dinem magnã, quędã enim similitudine ⁊ comparatiõe
ad alteru3 intelliguntur, ⁊ tãdem negatione sicut est no
tio pmę materię quę in pma cognitione nãli inotuit no M
bis ex analogia ⁊ cõparatione ad habẽtia formam ⁊ ad
ipsam formam, ⁊ sic naturalis cognoscit eam, sicut p3 p̊
physicoꝝ. tex. cõmẽ. 69. vnde Arist. in. 7. pmę phię. tex.
cõmẽ. 7. inqt. Dico autem materia3 es, formã autẽ figu
ram speciei vbi per cõparationem ad res artificiales q̃
sunt nostra opera dedit nobis intelligere natura3 mate
rię quę est in rebus naturalibus. ¶ Cognoscitur ẽt vl/
timatę materia negatiõe, vt p3. 10. meta. tex. cõ. 24. quę
cognitio pertinet ad diuinos, sicut supra memini me di
xisse. ¶ Aliqua cognoscuntur per effectus ⁊ alqs mo/
dis quos vide a Scoto in p̊ suę meta. q. qua q̃rit an ars
generetur ex experimento, vnde quanto aliqua fuerint
magis aut minus sensata, tãto sunt faciliora aut diffici/
liora cognitu, vñ Cõmen. in 2° de aïa. cõmẽ. 92. scribit.
hanc documẽtu3 iuxta textu3. quare intellectus difficile
potest cõphẽdere differẽtias odorum dicẽs. Et inten
debat per hoc demõstrare causam ꝑ quã itellect' diffi
cile cõphẽdit differentias odoru3, ⁊ est, q2 iste sensus
est debilis

In qbusdã intell'us hoïs nõ attigit re/ rũ naturas.

Mãlia entia diuersis mo/ dis intelligũ.

